

mensis et Bergenſis, ſint caelibes. Et quanta non fuiſſet gloria magni noſtra aetate Theologi, ni virginem generoſiorem, inſtar Romuli in Sabinas inuolantis, in matrimonium rapuiſſet? Si igitur incommoda et peccata, coelibatui et matrimonii amica, in contentionem adducantur, difficile eſt pronuntiati, vtra ſint grauora.

DISS. XII.

DE

REBUS COENOBIORVM, MINISTERII
ECCLESIASTICI ET SCHOLARVM.

CAPVT I.

De coenobio INCLVSA, CLVSA, CLVSINO ad
Gandershemium.

- Summa. §. I. *Situs loci et origo monaſterii.*
§. 2. *Conſecratio.*
§. 3. *Ordo Monachorum Benedictinus.*
§. 4. *Ritus electionis et confirmationis Abbatum.*
§. 5. - - - 32. Recenſentur Abbates.

§. I.

Locus ipſe coenobialis ad occaſum Gandershemii ſpectat, inde non vltra quadrante milliari Germanici diſtans. Interiacet monticulus, quem vocant *Cluſarum*. Origo coenobii ex aede S. Georgii Gandershemienſi videtur repetenda. Saeculo enim ineunte nono templum heic exſtructum et S. Georgio conſecratum eſt. Additi ſunt redditus ex *colle commendae*, *kaminadenbrink*. Ludolfus Dux hanc aedem ſaepe inuiſit, a qua haud procul villam et villicationem habuit prope Gandershemium. In proximo ſolitarius homo vnus et alter (a) ſub ſpecie devotionis ſacrae verſatus eſt, et ſeſe cellae *incluſae*, (b) vnde adpellatio *incluſae* trahitur. Adgregarunt ſeſe mox complures et ſaeculo iam XI coenobium *Incluſae* exſtitit.

§. II.

ADELHEIDA II, Abbatiffa Gandersheimenſis, exiſtimatur vulgo coenobium hoc in ordinem redegiſſe et prouentibus inſtruxiſſe. **BODO**, qui ita ſenſit, ſeſe mox emendauit et eum honorem Adelheidae tertiae tranſcripſit, in *Chronico Cluſinenſi* p. 346. ſq. To. II. Leibn. Vtramque catalogi noſtri pro Henrici III Imperatoris filia venditant. Ex ſcriptoribus antiquis id ipſum oſtendi vix poteſt. Ipſa a. 1124 coenobium Cluſinenſe conſecrari iuſſit in honorem S. Georgii. Nullus dubito, quin ipſa fuerit Henrici Comitſ Gleichenſis filia, quae a. 1106 fuit iam Abbatiffa Stederburgenſis. Vide *diploma Vdonis* p. 695. An anteceſſerit eam alia Adelheida, Adelheidae II ſoror, inquirendum eſt. Fundationi Cluſae addidit Adelheida a. 1124 donum, quo ipſo Monachis Benedictinis locum Monaſterii et filuam adiacentem pro aedificiorum condendorum neceſſitate tradidit.

§. III.

Monachi regulae S. Benedicti nomen dederant, ſed integritatem vitae et morum ei non fatiſ conformabant. **BERTA** a. 1127. 18 Iun. coenobio donauit tres manſos cum

ad-

(a) In Kalendariis antiquiſſimis legit Bodo, *Walingum*, ſacerdotem et Monachum loci primum fuiſſe inhabitatorem. Ceterum in Cella illa ſeu *Cluſa*, i. e. *ſacello anguſto*, fuit altare exiguum, et in proximo fons lucidus ad ſitim reſtinguendam. **BODO** in *Chronico Cluſinenſi* pag. 346. To. II. Leibn.

(b) De quo hominum genere erudite commentatur Abbas Cifterciienſis To. I. libri: *La Teologia del Chioſiro* p. 13. ſqq. Liber fuit Romae 1731. fol. emiſſus.

adnexis in villa Ludolvelsem. Rex *LOTHARIVS* a. 1129. 9 Kal. Apr. addidit 26 iugera, ad Danckelsen sita. *LIVIGARDA* introduxit ordinem Cluniacensem, de quo ordine I. G. *LEVCKFELDIUS* copiose commentatur in praefatione ad *Antiquitates Bursfeldenses* §. 5. Tandem successit a. 1430 ordo Bursfeldensis, quo lapsi mores Benedictinorum reformabantur et reuinciebantur, instinctu quidem Iohannis Mundenfis, Monachi antea Reinhufensis. Fusc haec describuntur a *BVSCHIO* de reformatione monasteriorum cap. 43. p. 841. sq. To. II. script. Brunsv. Leibn. et *MEIBOMIO* in *Chronico Bergenfi* To. III. rer. Germ. p. 307.

§. IV.

Abbatem eligeant fratres Monachi ex ordine S. Benedicti. Abbatisa Gandershemensis suffragio gemino gaudebat. Electus commendabatur Abbatisae et Capitulo Gandershemensi, vt consensus impetraretur et confirmatio: ac in signum confirmationis, iureiurando in manus Abbatisae praestito, virgam pastorem seu baculum Praelatis proprium ex altari sanctorum Iohannis Baptistae, Anastasii et Innocentii suscipiebat, et inde ab anno 1133 praerat coenobio et Clusinenfi et Brunesteshufano. Lotharius Imperator lege publica sanxit, vt Abbas soli Abbatisae et Capitulo Gandershemensi, obtemperaret, et liber esset cum suis ab omni subiectionis alicuius exactione vel seruitio. (a) Formula confirmationis, per quam nouus Abbas Clusarum est intromissus in muneris sui partes rite administrandas, exstat huiusmodi in membrana veteri: Postquam confirmatio petita fuerit, electusque praesentatus, procedendum est ad examinationem electi, et electionis factae; iubeatur deinde parumper excedere electus cum adstantibus sibi, tantumque electionis testes Abbatis retineantur, utpote qui electionem direxerunt, et ab illis scrutetur electi merita, et electionis factae rationabilitas, et interrogentur ita, vt sequitur:

Patres reverendi! necessarium nobis est, ipsam electionem examinare et electi meritum.

Est electus legitime natus? est electus sacris initiatus? vel sacerdos? est electus laudabilis vitae absque infamia?

Est electus scientia praeditus? Est electus ad res temporales et spirituales regendas dispositus? Respondebunt: Ita, vel, Est.

Iam quaerimus, an sit canonice electus? Respondetur: Vt patet in decreto.

Quia iam satis de persona electi et qualitate eius instructi sumus, procedendum est nobis.

Revocetur Dominus electus, et interrogetur, an velit Ecclesiam promouere, fidelitatem promittere, et consuetudines ecclesiae seruare, et iuramentum praestare?

His peractis in Capitulo committitur vni Abbatem confirmare, his verbis:

Reverende Domine - - Nos volumus et damus dominationi vestrae pro hac vice potestatem, illum actum confirmationis perficiendi.

Et sic itur ad summum altare, habente Abbatisa vel Decana Plenarium in manibus, et electus, flexis genibus, ante altare praestet iuramentum super Evangelia his verbis:

Ego frater - - promitto, me omnem diligentiam facturum, et reformationem introductam in Monasterio Clusensi tuendam et manutenendam, et FIDELITATEM ECCLESIAE GANDERSHEMENSIS, et pro viribus bona moliri, et quae eius gratia possum facere, consuetudinesque hucusque a praedecessoribus seruatas custodire, saluo semper ordine meo et Patrum Capituli in me auctoritate. Sic me Deus adiuuet et haec sancta Evangelia.

Deinde confirmatur his verbis:

Ecce, Pater Venerande, volentibus et iubentibus generosis et venerabilibus DOMINABVS ac DOMINIS HVIVS ECCLESIAE pro nunc, vice eorum mihi tradita, in ANNVLII huius et LIBRI traditione, vos et electionem in vos factam approbamus, ratificamus et confirmamus, AVCTORITATE APOSTOLICA ET IMPERIALI, huic ecclesiae et Monasterio Clusensi concessa, committentes vobis tam spiritualium quam temporalium regimen plenarie. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

ABBATISSA dicat:

Ecce, Pater venerande, Nos in ANNVLII huius et LIBRI traditione vos et electionem in vos factam approbamus, ratificamus et confirmamus - - Cetera conueniunt.

Hisce factis, Abbas nouus Episcopali consecrationi commendatus est, quam post edictum Innocentii III sumere potuit a quocunque Episcopo.

§. IV.

HENRICVS, primus vocatur Abbas ab Abbatisa Berta in Diplomate, quo tres manus

(*) Vnde *DIPLOMA* *LOTHARII* supra p. 170. (d) *CHRONICON* Clusinenfe Bodonis p. 348.

in coenobio Clusini
1124, quum id
Crucis et Dni Geo
eclesiae S. Georgii
Pragopolis. In
Hugone Abbate.
in Gallia, qu
monasterio C
Musicus, pre
Monachus. (c)
totius ordin

WALTHERV

Lotharius Rex
vnum, duas cu
de Luca posita, q

ADELHARDV

Abbas, et Abbatisa
Haec preci
coenobio praesit
1133, tum Bern
p. 170. 172.
manso et duo
Clusarum fuit *SIG*
reputasse dicitur a
Trithemius. (d)

WINNEMARV

Monachi solitarii et in
Abbas *ADELHEIDI*
est supra p. 71
decimam Ricleu
in *Edingehusen* pos
et ecclesiae suae c

HENRICVS VI

Clusinenfis villi

BERTHOLDVS

et patrocinio armato f
Sigillum habes in
Chronicon *Hildeste*
nre debeat, haereo.
tam habemus, ad *Sigf*
ham inter et *Theoder*
ab Abbatisa fuit (i
fite fitos, ab Abbatisa
Cluseni coenobio arean

(b) *BODONIS* Chronicon

(c) *TRITHEMIVS* To. I.

(d) *ALBERICVS* in Chroni

(e) In Chronico *Hofaugen*

(f) Pag. 75. To. I. *Lebia*.

(g) Diploma habes p. 75.

(h) *CHARTA* p. 70. Loc

(i) *DIPLOMA* p. 762.

fos coenobio Clusinenſi a. 1127. 18 Iunii donat. Is indubie iam conlegio praefuit anno 1124, quum id a Bertholdo, Epifcopo Hildeſienſi initiaretur, in honorem S. Mariae, S. Crucis et Diui *Georgii* Martyris ac omnium Sanctorum. Antea vero exſtitit ſacerdos eccleſiae S. *Georgii* prope Gandershemium ab occaſu. *Waltherus* eodem tempore vocatur *Praepoſitus*. Interea *reformatio Cluniacenſis* ſenſim inuecta eſt, dante in primis operam *Hugone* Abbate. (a) Eam inſtituerat ſaeculo nono vergente *Odo*, Monachus Gigniacenſis in Gallia, quem *Wilhelmus* Comes Arverniae, cognomento *Pius*, et Dux Aquitaniae monaſterio Cluniacenſi a ſeſe recens condito praeficiendum curauerat. (b) *Odo* fuerat Muſicus, presbyter Turonenſis, ac tandem ſub *Bernone* Abbate Gigniacenſi a. 898 Monachus. (c) Ex tam exigua et vili conditione enatus eſt, qui tandem fuit reſormator totius ordinis Benedictini.

§. V.

WALTHERVS anno 1129 praefedit Cluſis, nec dum 8 Kal. Aprilis fuit confirmatus. *Lotharius* Rex tum conlegio ipſius donauit, rogatu vxoris ſuae *Richencae*, praetum vnum, duas curtes ac 26 iugera, ſita iuxta *Dankelfen*, inque Comitatu *Burchardi* de *Luca* poſita, quem *Hermannus* *Winceburgicus* Comes paullo poſt occidi iuſſit.

§. VI.

ADELHARDVS, primum Praepoſitus, dein Abbas, fratres ordinis Cluniacenſis aduexit, et Abbatiffae *Liutgardae* perſuaſit, vt Monachis eum ordinem praefcribendum curaret. Haec precibus ipſius tam adnuit, quam quae vehementiſſime, ipſumque vtrique coenobio praefidere iuſſit. Inſtitutum hoc confirmarunt tum *Lotharius* *Caefar* anno 1133. tum *Bernhardus* Epifcopus *Hildeshemenſis*. Diploma vtrumque dedimus ſupra p. 170. 172. Subditum tunc fuit Abbati ſacellum *Oberhufanum* cum dimidio donationis manſo et duobus iidem, dimidioque alio, manſis. *Advocatus* vero et defenſor Cluſarum fuit *SIGFRIDVS* Comes *Bomeneburgicus*. *Spectrum Hodeken* circa id tempus frequentaffe dicitur arcem *Winciburgi*. *Mira* certe ſunt, quae de eo refert *Ioannes Trithemius*. (d)

§. VII.

WINNEMARVS altare S. *Michaëlis* inter turres templi coenobialis, vbi quondam Monachi ſolitarii et incluſi ſacellum exſtiterat, anno 1156 exſtruxit. Anno 1159 Abbatiffa *ADELHEIDIS* IV duo molendina coenobitis Cluſinenſibus donauit. Diploma adlatum eſt ſupra p. 717. Donationem confirmauit *BRVNO*, Epifcopus *Hildeshemenſis*, qui decimam *Riclevehuſanam* loco vnus manſi; in *Odenbuſen* ſiti, et loco vnus manſi, in *Edingebuſen* poſiti, addidit. Vtrumque vero is manſum *Bruno* ab Abbatiffa recepit et eccleſiae ſuae cathedralis patrimonio adiunxit. Diploma dedimus p. 764. ſq.

§. VIII.

HENRICVS VII fuit Abbas, quum a. 1189 *Adelhogus* Epifcopus *Hildeshemenſis* Cluſinenſibus villicationem *Wettebornenſem* traderet. Chartam habes p. 718. ſq.

§. IX.

BERTHOLDVS I bona coenobii ſui, ſi fides eſt *Leuckfeldio*, demandauit tutelae et patrocini armato Epifcopi *Hildeſienſis* *Sigfridi*. Diploma *Sigfridi* exhibui ſupra p. 800. Sigillum habes in Tab. X. fig. 8. Num vero *Sigfridus* I, qui anno 1227 ſecundum *Chronicon Hildeshemenſe* (h) obiit, intelligendus ſit, an potius *Sigfridus* II in cenſum venire debeat, haereo. Si ſigilla vtriuſque *Sigfridi* confers; diploma, cuius iam rationem habemus, ad *Sigfridum* II eſt referendum. Anno 1217 controuerſia, exorta Abbatem inter et *Theodericum* de *Gandersheim*, qui bona clientelaria in *Eggelſem* tenuerat, ab Abbatiffa fuit (i) compoſita. Anno 1222 *Bertoldus* Abbas duos manſos, in *Adenſenſe* ſitos, ab Abbatiffa conduxit. (k) Eodem anno *MATHILDIS* prima, Abbatiffa, Cluſenſi coenobio aream cum manſo, prope *Gandershem* ſito, tradidit. (l) Priuilegium illud

(a) *BODONIS* *Chronicon Cluſinenſe* p. 347.(b) *TRITHEMIVS* To. I. *Annalium Hirſaugienſium* ad a. 994. p. 47. ed. S. Galli 1690. fol.(c) *ALBERICVS* in *Chronico* ad a. 898. P. I. p. 234. ed. Leibn.(d) In *Chronico Hirſaugienſi* ad a. 1131. p. 395. ſqq.

(h) Pag. 751. To. I. Leibn.

(i) Diploma habes p. 751.

(k) *CHARTA* p. 750. Locus nunc dicitur *Adenſede*.(l) *DIPLOMA* p. 762.

illud posthaec *BERTA* Abbatisa ad a. 1244 consensu ac auctoritate sua corroborauit. Eadem *Berta* a. 1251 Cluſinenſibus XXXII iugera, ad *Oderichshufen* ſita, iam ipſis a. 1251 addicta, confirmauit. (m)

§. X.

RICHARDVS, antea *Cuſtos*, XXXIII illa iugera ad *Oderichshufen* ſita a *Iohanne de Brunſen* comparauerat. Anno 1237 ab *Eilhardo*, milite de *Gandershem*, comparauit dimidium decimae iuxta *Adeſteſſen* ſeu *Adenſtede*. Diploma eius ſic habet:

„*Richardus* diuina miſeratione *Abbas de Cluſa* totuſque loci eiusdem conuentus omnibus in perpetuum. cum labilis ſit memoria hominum et labatur cum tempore dilabente. ideo notum eſſe uolumus uniuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum. noſtre congregationis et aliorum. quod *Eilhardus miles de Gandersheim*. diuina inſpirante gratia. medietatem decimae in *Adeſteſſen* contulit eccleſiae noſtre. ſub hac forma. quod ipſe cum uxore ſua *Waltberga* plenam habeat in eccleſia noſtra fraternitatem. et quod anniuerſarius ipſorum in uigiliis et miſſa defunctorum XIV die poſt feſtum beati *Michahelis* annuatim ibidem ſtudioſe peragatur. Et ut hoc tam a nobis, quam noſtris ſucceſſoribus fideliter ac firmiter in perpetuum obſeruetur. preſentem chartulam fecimus conſcribi. poſteris noſtris in ueritatis teſtimonium relinquendam. Anno Domini M^o. CC^o. XXXVII^o.“

Anno 1238 *Conradus*, *Episcopus Hildeſienſis*, diplomate ad 19 Iunii *Nienſtedi* dato, alteram partem dimidiam decimae illius coenobio Cluſinenſi donauit.

§. XI.

Anno 1251 *Berta* Abbatisa Cluſinenſibus confirmauit XXXIII iugera ad *Oderichshufen* ſita. Eodem anno *CONRADVS I* *Abbas* comparauit ſibi ſeſquimanſum *Aldenganderſemenſem* ab *Alberto* milite de *Vpſtede*, conſentiente *Burchardo* *Comite Woldenbergenſi*, *Aduocato*, qui ob animae ſuae remedium vnum manſum, in *Adenſtede* ſitum, addidit. (n) Anno 1251 *Conradus* animum adpulit ad inſtaurandum coenobii ſui aedem ſacram, quem in ſinem ab *Hugone* *Cardinali* litteras indulgentiarum petiit et impetrauit. Eas ex autographo ita damus;

„ - - - Vniuerſis *Chriſti* fidelibus per *Alamanniam* conſtitutis, ad quos preſentes littere peruenerint. frater *HVGGO* miſeratione diuina *Tertr. ſcē Sabiñ* *presbyter Cardinalis*. apoſtolice ſedis legatus. ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam, ut ait *Apoſtolus*. omnes ſtabimus ante tribunal *Chriſti*. recepturi. prout in corpore geſſimus. ſiue bonum fuerit ſiue malum. oportet nos diem miſſionis extreme miſericordie operibus preuenire. ac eternorum intuitu ſeminare in terris. quod reddente Deo cum multiplicato fructu recolligere ualeamus in celis, firmam ſpem fiduciamque tenentes. quam qui parce ſeminat. et parce metet. et qui ſeminat in benedictionibus. de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur ſicut uenerabilis frater - - *Abbas et dilectus*. in *Chriſto* conuentus monaſterii ſancti *Georgii Incluſa* ord. *S. Benedicti*. *Hildeſi* *Dioc.* nobis intimare curarunt. iidem eccleſiam ſuam nimia uetustate conſumptam. cum officinis. eorum uſibus oportunis. reparare cupiant opere ſumptuoſo. et ad reparationem huiusmodi fidelium ſuffragia noſcantur plurimum opportuna. ueſtram Uniuerſitatem rogamus et monemus et exhortamur in Deo. in remiſſionem uobis peccaminum iniungentes. quatenus de bonis a Deo uobis collatis pias ad id elemoſinas. et quanta eis caritatis ſubſidia erogetis. ut per ſubventionem ueſtram dictum opus ualeat conſummari. ac uos per hec et alia bona. que Domino inſpirante feceritis. ad eterne poſſitis felicitatis gaudia peruenerire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia et beatorum *Petri et Pauli Apoſtolorum* eius auctoritate conſiſi. omnibus uere penitentibus et conſeſſis. qui eis ad hec manum porrexerint adiutricem. quadraginta dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Preſentibus poſt conſummationem operis minime ualituris. Quas mitti per quaeſtuarios diſtrictius inhihemus. Eas. ſi ſecus actum fuerit. carere. iuribus decernentes. Dat. *Hildenſem* VII Id. Martii Pontificatus Dom. P. P. IIII. Anno nono.“

Heic *BODO* inferit *BERTOLDVM II* et *CONRADVM II*, *Abbat.* (o) *Conradus* sub-

(m) *DIPLOMA* p. 763.(n) *DIPLOMA* p. 424.(o) In *Chronico Cluſinenſi* p. 349.

MIN
ſubſcripſit diplomati
monis nomine *F.*
ingenſi donabat. S

BERTOLDVS I
um et *Fridericum*,

LYDOLFS *Ab*
in *Gremſen* ſita.
La. (r) Anno
omnibus ex noualib
normalis. *El poel e*
(c) Anno 1335 i
tatum inuit cum nol
tam poſſeſſiſſe caſtrur
de *Ganderſem*, I
de *Ganderſem* ſita
§. XIV. *CONR.*
§. XV. *BART.*
§. XVI. *HENR.*
Lotharii *Saxonis* et
ius continetur. Ip
§. XVII. *IOHAN.*
§. XVIII. *HENR.*
§. XIX. *IOHAN.*
machus.
§. XX. *REIMBE*
us, reſignauit eodem
et conſeſſiones poe

DETHLEVVS
at malitiae ſuae de
batiffae imploraru
in *Capituli* general
tentiam in immori
u autographo:

Vniuerſis in *Chriſto*
guntino, *Magdeb*
i. *Halberſtadenſi* et *M*
is et temporalibus *V*
batibus, *Prioribus*,
Caſauraris, *Cuſtodit*
ibus, *viceplebanis*, *cap*

(p) *Supra* p. 714.
(q) *Supra* p. 801.
(r) *Supra* p. 804.
(s) *DIPLOMA* p. 815.
(t) *BODO* in *Chronico Cluſi*
(u) *Supra* p. 826.
(v) *Supra* p. 837. ſq.
(w) *DIPLOMA* *Gerardi* et
(x) *DIPLOMA* *Weſerhovi*
(y) Huius ſigillum habes *T.*
Canonicorum *Hilde*
ſi ob incedium m
nedictini foris ageret
(z) Ipſe a. 1429. die domi
ſeuatum recepit villa

subscripsit diplomati Abbatissae Margaretae a. 1273. (p) Anno 1283 scripsit chartam donationis nomine *Hermani militis de Gandersem*, qui partem decimae coenobio Catlenburgenfi donabat. Successit Conrado II *HENRICVS III*, si *Bodoni* est fides.

§. XII.

BERTOLDVS II certe anno 1311 composuit laticulam quamdam inter coenobium suum et *Fridericum*, nobilem dominum de *Dorflat*, exortam. (q)

§. XIII.

LYDOLFVS Abbas a. 1318 ab Abbatissa *Sophia* tribus marcis emit villam et 8 iugera, in *Gremfen* sita. Anno 1326 elocavit pro censu emphyteutico XIII iugera, sita ad *BredenLa*. (r) Anno 1329 permisit Abbatissa *Sophia*, vt fratribus assignaret prouentus nonnullos ex noualibus agrorum *Brede La* et *El peldere*. (s) *La* vocatur locus paludosus et humilis. *El poel* est palus hirudinum, nam *poel* est palus et *eyle* seu *ile* est sanguisuga. (t) Anno 1335 ipse Abbas redemit decimas *Ludolvisanas*. (u) Anno 1337 contractum iniit cum nobilibus, dictis de *Gittelde*, e quibus innotescit, ipsos pignoris locotum possedisse castrum et aduocatiam *Gandersemensem*. (x) Anno 1334 *Gerhardus*, miles de *Gandersem*, *Ludolfo* Abbati et coenobio *Clusinenfi* vendidit duo molendina, ad *AldenGandersem* sita. (y)

§. XIV. *CONRADVS III*. Huc pertinet diploma p. 832 ad annum 1346.

§. XV. *BARTOLDVS III*.

§. XVI. *HENRICVS IV*, qui anno 1409 describenda curauit a Notario diplomata *Lotharii Saxonis* et *Bernhardi Episcopi*, quibus electio libera et immunitas ab exactio-nibus continetur. Ipse videtur iam sedisse a. 1354. (z)

§. XVII. *IOHANNESI*, cognomento *Schelbeer*.

§. XVIII. *HENRICVS V*. In hunc potius quadrat illa descriptio.

§. XIX. *IOHANNES* (a) II, cognomento *Ribbrecht*, resignat paullo post et fit *Monachus*.

§. XX. *REIMBERTVS*, natus in pago *Geismar* ad *Gottingam*, anno 1429 electus, resignauit eodem anno ad *XVI Martii*, instructus priuilegio, vt ipsi stipem colligendi et confessiones poenitentium audiendi, vbique foret potestas.

§. XXI.

DETHLEVVS a *Monachis* nonnullis (b) designatus et electus est, vt ipsi haberent malitiae suae defensorem. Intercesserunt vero complures coenobitae, opemque Abbatissae implorarunt, quae ipsis suasit, vt litem deferrent ad *Ortwinum*, praesidem Capituli generalis ordinis *Benedictini* et *Abbatem Montis S. Petri Erfurtenfis*, qui sententiam in immorigeros strinxit, et iussit nouum *Abbatem* deligi. Accipe illam ex autographo:

Vniuersis in Christo patribus ac venerandis Dominis Dei et Apostolice sedis gratia *Maguntino*, *Magdeburgenfi*, *Archiepiscopis*, nec non, *Hildesemenfi*, *Paderbornenfi*, *Halberstadenfi* et *Mindenfi Episcopis*, eorumque et cuiuslibet ipsorum in spiritualibus et temporalibus *Vicariis* seu *Officialibus*, nec non uniuersis et singulis *Dominis* Abbatibus, *Prioribus*, *Prepositis*, *Decanis*, *Archidiaconis*, *Scholasticis*, *Cantoribus*, *Thesaurariis*, *Custodibus*, *Sacristis*, *Succentoribus* seu *Locatenentibus* eorundem, *plebanis*, *viceplebanis*, *capellanis* curatis et non curatis, perpetuis *Vicariis*, *Altaristis*, ac

(p) Supra p. 724.

(q) Supra p. 801.

(r) Supra p. 814.

(s) DIPLOMA p. 815.

(t) BODO in *Chronico Clusinenfi* l. c.

(u) Supra p. 826.

(x) Supra p. 827. sq.

(y) DIPLOMA *Gerhardi et Iudithae Abbatissae* p. 830. sq.

(z) DIPLOMA *Westerhoviorum* p. 237.

(a) Huius sigillum habes *Tab. XIII, fig. 20*. Ipse a. 1421. *Dethlevum de Honenen Monachum*, consensu *Canonicorum Hildesensium Henrici de Concha*, *Godschalci de Campen* et *Iohannis de Elze*, dimisit ob incendium monasterii et imminutos eius redditus, vt ad XII annos presbyterum ordinis *Benedictini* foris ageret sibi que ipse de victu et vestitu prospiceret.

(b) Ipse a. 1429. die dominico ante natalem *Mariae* loco *Abbatis* et sui coenobii ab *Abbatissa Agnesa* in feudum recepit villam in *Danclenessen*, dimidium decimae in *Adenstede* et campum *Leerkewald*.

„monasteriorum et ordinum quorumcunque monasteriorum generalibus et prouincia-
 „libus atque conuentualibus sancti Benedicti predictorum monasteriorum heremitarum
 „S. Augustini et B. Marie de monte Carmeli et quorumcunque aliorum ordinum fra-
 „tribus tam regularibus quam secularibus, exemptis et non exemptis, ceterisque clericis,
 „notariis et tabellionibus quibuscunque per dictorum Archiepiscoporum prouincias, ci-
 „uitates ac dioeceses ac alias ubilibet constitutis, nec non illi vel illis, ad quem uel ad
 „quos presentes nostre litere peruenerint. *ORTWINVS* Dei gracia Abbas monasterii
 „montis sancti Petri Exfforden ordinis S. Benedicti Magunt. Dioc. *presidens* capituli ante-
 „dicti ordinis et personarum utriusque sexus iudex et conseruator iurium, priuilegio-
 „rum, libertatum, bonorum et rerum monasteriorum et personarum utriusque sexus prefati
 „nostri ordinis per prouinciam Magunt. et Dioec. Bambergen. ubilibet constitutorum
 „una cum Vestris in hac parte collegis ceteris in Capitulo sepedicti ordinis nouissime
 „in Bamberga celebrato deputatus et hoc a sede apostolica specialiter concessus cum clau-
 „sula: *Quatenus vos vel duo aut unus vestrum*. Salutem in domino et mandatis nostris,
 „ymo uerius apostolicis, firmiter obedire. Licet dudum in negotio denunciationis
 „quendam dominum *DETLEVVUM* in presens *Abbatem monasterii in Clusa* ordinis S. Be-
 „nediti Hildesemen Dioc. electum, et quosdam Dominos Henricum Bote, Iohannem
 „Schmelzer, *Iohannem Ribbrecht et Reymbertum de Geismaria* pretenfos electores excommu-
 „nicationis vinculo innodauerimus ac ab ingressu ecclesie suspenderimus et reaggraua-
 „uerimus ob non paricionem sententie diffinitiuę contra eosdem electum et electores
 „pretenfos, ac pro religiosis uiris dominis Bertholdo Schaden, Ludolfo Dorne, Iohan-
 „ne Hunen, et Bertoldo Ludolffen dicti Monasterii in Clusa professis et ipso monaste-
 „rio rite a nobis late et promulgate et expensarum adiudicatarum non solutionem, pro-
 „ut hec omnia in processibus nostris desuper emissis et in monasterio dicti Clusa et in
 „locis circumuicinis debite, ut uidebatur, executis et coram nobis reproductis pleni-
 „continentur. Quos quidem processus et mandata nec non penas, sententias et censu-
 „ras contentas in eisdem annis ipsi diutius sustinuerunt hactenus et hucusque sustinent,
 „proch dolor! tanquam proprie salutis immemores, indurati, timore Dei postposito,
 „Pharaonis duriciem imitando. Quare fuimus pro parte dictorum denunciatorum ac
 „ipsius monasterii ac nostri officii instigatorum debita cum instancia requisiti, quatenus
 „super premisis de oportuno remedio prouidere et contra dictos pretenfos electum et
 „electores iam per nostra mandata, ymo uerius apostolica, propter ipsorum multipha-
 „riam rebellionem et non comparicionem excommunicatos reaggrauatos ad
 „ampliores penas tanquam contra inobedientes non parentes ad cessationem diuinorum
 „in eorum presentia et partibus eorum et quibuslibet eorum recessum per sex dies pro-
 „cedere dignaremur. Nos igitur Abbas et Iudex prefatus petitioni prefate, utputa ra-
 „tionabili, annuentes, contra prefatos pretenfos, electum et electores coniunctim et di-
 „uisim, ut iustitia suum debitum fortiatur effectum, procedere uolentes, attendentes,
 „quod crescente contumacia merito crescere debeat pena. Quare auctoritate apostolica
 „predicta vos omnes et singulos supradictos tenore presentium communiter et diuisim
 „requirimus et admonemus, uobisque nichilominus et uestrum cuiuslibet in uirtute fan-
 „cte obedientie et sub excommunicationis et suspensionis et interdicti penis, quas in vos
 „et uestrum quemlibet, trium tamen dierum canonica monicione premissa, Dei nomi-
 „ne ferimus in hiis scriptis, nisi feceritis ea, que uobis et cuiuslibet uestrum precipimus
 „et mandamus districte precipiendo mandantes, quatenus accedatis ubi merito
 „propter id fuerit accedendum, et, prout fueritis requisiti, seu alter uestrum
 „fuerit requisitus, prenomatos pretenfos *Deytleuum* electum ac Henricum Bo-
 „te, Iohannem Smelzer, Ioh. Ribbrecht et Reymbertum de Gysmaria electores, iuxta pre-
 „dictorum nostrorum processuum et mandatorum tenorem, ex nunc prout ex tunc, et
 „ex tunc prout ex nunc, *singulis diebus dominicis et festiuis accensis candelis, demum exstin-*
 „*ctis et in terram proiectis in signum maledictionis eterne, pulsatisque campanis cum inhibitione*
 „*conuictorum conuentuum communionis excommunicatos et ab ingressu ecclesie suspensos publice nun-*
 „*ciatis et nunciari faciatis.*“ Dein additur, ni redierint ad obedientiam, summae ex-
 „communicationis formula longior in eos quoque, qui refractarios hospitio exceperint -
 „Actum Erfordie in camera Abaciali 1430 ultimo mensis Iulii.“ Quum Dethleuus
 „dicto obediens non esset, in carcerem a Duce Brunswicensi (a) fuit coniectus, et alius in
 „§. XXII.

(a) *BVSCHIVS* L. I. de reformatione monasteriorum c. 43. p. 341. sq.

JOHANNES M
 Abbatiam resignauit.
 Monoculo Duce et
 Wittenbergensem, ac
 omnes hic antea erat
 in prouinciam reprimere
 in Clusfeldense, in quo
 Otto Ottonis, ad Burs
 Clusis coeptam feli
 Clusensi, eiusdem
 in Clusis congregatio B
 Clusis. In ea post
 JOHANNIS cadit in
 Clusis ad
 Clusis compositi
 Clusis ecclesiarum i
 Clusis propriarum inte
 Clusis instituti ipse e
 Clusis edisserit: (e) Qu
 Clusis citati ad Constan
 Clusis HANNES de Monasterio
 Clusis quem uidisset zelum
 Clusis ipsum synodi gen
 Clusis sermonebus mult
 Clusis alium usque ad m
 Clusis, a quo fuerat
 Clusis impactus illustratione
 Clusis celebrationem Capitu
 Clusis ordinata, et conclus
 Clusis Clusis aperuit, et vir
 Clusis in primis cooperari
 Clusis obrii officere: Qui
 Clusis nihil ad nos; tu v
 Clusis, cerneretque Monac
 Clusis monitione alius coepit
 Clusis, cuius uxor fuit so
 Clusis in prouincia a Rheinhaus
 Clusis in prouincia accedens, o
 Clusis in prouincia aduocatum in
 Clusis in desiderio sancta
 Clusis in prouincia mouante, Abbas
 Clusis in prouincia uelociter Iohann
 Clusis in prouincia doctrinarum
 Clusis in prouincia S. Benedicti ob
 Clusis in prouincia Clusis coepta est
 Clusis in prouincia Frugalem et probi
 Clusis in prouincia operibus. Etenim
 Clusis in prouincia in tutius et uilius impe

(b) *BVSCHIVS* I. c. PAUL
 DII Antiqu. Barise
 p. 350. sq.

(c) *BODO* in Chronico Clus
 conuentualium. Tri
 que potest esse ver

(d) To. II. Leibn. p. 975.

(e) *DIPLOMA* habes supra
 loco laudato p. 370. sq.

§. XXII.

IOHANNES Mundenfis successit a. 1430. Dethlevo ad carcerem damnato, in quo Abbatiam resignavit. Simul monasterium Clusinense fuit reformatum, iuvante Ottono Monoculo Duce et vxore eius, per Iohannem de Northeim et Rembertum, Priorem Wittenbergensem, ac inde reformatio nigri ordinis peruasit totam Saxoniam. (b) Iohannes hic antea erat Monachus (*) Reinhusensis, qui omne nunc studium adhibuit, vt inopiam reprimeret et mores instauraret. Vacabat interhaec coenobium S. Thomae Bursfeldense, in quo vnicus duntaxat restabat Monachus. Accedente itaque consensu Duci Ottonis, ad Bursfeldiam sese cum paucis Monachis contulit et ibi reformationem in Clusis coeptam feliciter dedit effectui, acceptis quatuor a Iohanne Rødenfi Abbate Trevirensi, eiusdem instituti fautore, Monachis, vitae integritate spectabilibus. (c) Inde floruit congregatio *Bursfeldensis*, ad quam successu temporis Benedictini plerique accesserunt. In ea posthaec semper perstitit coenobium Clusinense. (c) Translatio illa *IOHANNIS* cadit in annum 1433. Sed Abbatissa ei nihilominus administrationem quoque Clusarum ad decem annos commisit, (d) adducta seueritate eius ac moribus ad austeritatem compositis. Laudibus ei ducitur, quod disciplinam reuocauerit, canticorum ecclesiasticorum frequentationes mirifice vrserit, fratribus possessione argenti et opum propriarum interdixerit, eosque e vita vaga reductos in cellas recluserit. Occasionem instituti ipse ex concilio Constantiensi hausit, quam *IOANNES TRITHEMIUS* ita edisserit: (e) *Quum a. 1416* - - omnes Prouinciae Moguntinae Abbates a concilio fuissent citati ad Constantiam, affuit inter procuratores absentium Monachus quidam nomine *IOANNES* de Monasterio Rheinhausen Moguntinae Dioecesis, a suo Abbate missus ad Concilium. Is quum vidisset zelum et diligentiam non minus quorundam Abbatum presentium in concilio quam Patrum ipsius synodi generalis, atque labores, quos pro reformatione Ordinis nostri faciebant, audissetque sermonibus multis a doctissimis viris, quam periculosum sit, Monachos contra Regulam Clustralium vsque ad mortem in deformitate viuere, et iurasset in animam sui Abbatis Reinhusensis, a quo fuerat missus, de suscipienda infra annum reformatione, contremuit, et, mente compunctus illustratione diuina, nihil magis, quam satisfacere promissis, cogitauit. Reuersus post celebrationem Capituli ad Monasterium suum, quae et qualia fuissent apud Constantiam dicta, ordinata, et conclusa simul atque iurata, per ordinem Abbati et Confratribus suis ciuicta singillatim aperuit, et viribus totis, vt reformationem assumerent, intensius rogauit. At illi hominem in primis coeperunt irridere; postea vero perseuerantem in proposito etiam contumeliosius et opprobriis afficere: Quid, inquit, ad nos tua pertinent iuramenta? si multa promissisti aut iurasti, nihil ad nos; tu videris, quomodo satisfeceris. Cunque haec multis continuarentur diebus, cerneretque Monachus ille deuotus, quod nihil omnino posset efficere, pro sua sollicitus anima, remedium aliud coepit mente cogitare. Dux erat illo in tempore Brunswicensis, nomine *OTTO*, cuius vxor fuit soror Landgrafii Thuringiae, mulier Christo multum fidelis atque deuota, non procul a Rheinhausen in oppido Gamundiae (Mundae) suo cum Duce. Hanc Monachus ille praefatus accedens, omnia, quae habebat in corde suo, coram ea exposuit, et, vt cooperari dignaretur adiuratum in Concilio Reformationem, propter Deum quam humillime rogauit. Cuius desiderio sancta mulier congratulans, omnia se pro viribus acturam promisit. Hac iuvante, Abbas Clusensis et Bursfeldensis facile is euasit. Clusinenses eum vulgo vocarunt Iohannem *Detterodt*. *REFORMATIO* illa consistit non in repurgandis erroribus doctrinarum et conscientiae, sed in reuocatione petulantium Monachorum ad regulam S. Benedicti obseruationem. Ipsa vocanda fuisset *Clusinensis*, non *Bursfeldensis*. nam in Clusis coepta est, et inde ad coenobium Bursfeldense ac Reinhusanum transducta. Frugalem et probum Oeconomum *IOHANNES* egit, si iudicium ferre licet ex ipsius operibus. Etenim census complures annuos diuendit, numosque inde conflatos tutius et vtilius impendere conatus, decimam Dangleuessensem ab Alberto milite de Stein-

(b) *VSCHIVS* l. c. *PAVLLVS LANGIVS* in *Chronico Citicensi* ad a. 1430. p. 1234. et 1155. *LEVCKFELDII* *Antiqq. Bursfeld.* p. 21. sq. *IOHANNES TRITHEMIUS* in *Chronico Hirsaugiensi* ad a. 1416. p. 350. 1499.

(*) *BODO* in *Chronico Clusinensi* p. 350. dicit, eum fuisse patria *Mundensem*, coenobii *Northemensis* tunc conuentualem. *Trithemius*, *Legatius*, *Buschius* vocant eum *Monachum Reinhusanum*. Vtrumque potest esse verum.

(c) *To. II. Leibn.* p. 975.

(d) *DIPLOMA* habes supra p. 839.

(e) *Loco* laudato p. 350. sq.

Steinberg, consentiente Abbatisa Agnesa, anno 1435 emit, ita tamen, vt tunc *Steinbergii* referuaretur redemptio. (f) Anno sequenti a nobilibus, de *Vreden* dictis, duo allodia, in *Minori Vreden* sita, emit, florenis plusquam 350. Alterum vocatur *Vnderhoff*. Anno 1438 reformauit coenobium *Reinhufanum*. Paulo post, peste contactus, a. 1439. 6 Febr. obiit. (g) Successit ei in coenobio *Bursveldensi* *IOHANNES ab INDAGINE* seu *HAGEN*, qui inchoatam reformationem omni studio propagauit ad obitum vsque, quo vitam posuit, a. 1469. 3 Id. Augusti. (h)

§. XXIII.

In coenobio *Clusinenfi* successit *HERMANNVS I*, cognomento *Borneman*, patria *Embecensis*, anno 1439. Coenobium *Wulfinghufanum* a. 1443 *Clusinenfibus* decimam *Lütkenfredensem* vendidit. (i) *MAGNVS* Episcopus *Hildeshemensis* emtionem illam iussit esse ratam. Obiit *Hermannus* anno 1445 seu 1446.

§. XXIV.

GOTFRIDVS a. 1452 *Abbatissam Walburgem* iussu *Nicolai Papae* confirmauit. (k) Coeperunt ea aetate *Canonici Gandensenses* suffragia *Capitularia* sibi sumere. Sed *Canonicae* cupidis eorum molitionibus acerrime obstiterunt, dictitantes, *Canonicos* nunquam institutos fuisse *Gandershemii* a quoquam: deesse confirmationem, quae eo nomine ab *Imperatoribus* et *Pontificibus Romanis* obtinenda fuerit: *Canonicos* esse respectu originis *sacriculos* et *Missifices*, adscitos saeculo XIII ineunte ad cantum *canonicum* loco *Canonicarum*, si forte plures simul abessent, celebrandum: dicendos itaque esse *Vicarios*, non *Canonicos*: ipsos semper fuisse *disidia* inter *Abbatissam* et *Canonicas*, et *vtasque* re ditibus in dies emunxisse. In praesens *Gotefridus* stabat a *Canonicorum* partibus. *Compromiserant* *Canonicorum* partibus. *Compromiserant* *Canonicae*, defuncta *Elisabetha* *Abbatissa*, in *Annam*, *Dominam Plessensem*, tum *Abbatissam Vrekenhorstensem*, paulloque post *Herisensem*. Qua occasione *Canonici* vtendum rati, et ipsi *tabulam electionis* consignarunt, quam *Annae* destinare tentabant. An *Anna* eam acceperit, ignoro. *Ipsa* certe *discordias* imminentes praevitit, noluitque *seminarium* *dissenfionum Gandensiam* adire. *Canonicae* igitur eligunt *Sophiam* *Brunsvicensis*, et *Canonicos* a iure suffragandi reiiciunt. Hi contra eas vna cum *Abbate Gotefrido* *Walburgem* *Spigelbergicam* designant. Quum vero a *Caesare* et *Papa* *Canonicis* mandaretur, vt proferrent *luculenta* argumenta, quae ius suffragii tueri sibi vindicare possent; ipsi quidem et *Abbas* omnem adhibuerunt diligentiam, vt ex *chartis, statutis* et *exemplis* speciem iuri quaesito obtenderent. Sed labor ille fuit plane irritus. *Artibus* igitur egerunt, qui iure haud admodum valebant. Donec tandem *Fridericus III* *Caesar* confirmaret *Sophiam* eique *regalia* concederet *privilegia*. *Pontifex* quoque *Romanus*, meliora edoctus, *Canonicorum* partes dereliquit, eorumque iura suffragandi esse vsurpationes, publice ostendit. Nihilo segnius et *Gotefredus* et *Canonici* bolum vnum et alterum *pinguiorem* ex *dissenfione* illa reportauerant. Anno 1452 *Abbas* possessionem *Euigerodensem* coenobio suo comparauit, partim emtione, partim donatione *virorum nobilium* de *Vsler* et *Reden*, quibus *WALBURGIS* loco huius doni opimiora ex *fundo bonorum* *Abbatialium* addicebat. Anno 1454 in die *Gregorii Geseka*, vidua *Bertoldi Rischlingi*, 50 florenos coenobio donauit pro *deprecationibus* et in *remedium* animae suae. locofus heic commissus est error a *LEVCKFELDIO*, ex *uocibus*: *Lutterlike* (l) *vmme gades willen*, non intellectis. Obiit *Gotefridus* ineunte a. 1460.

§. XXV.

(f) BODO l. c.

(g) BODO l. c. p. 351. LEVCKFELDVS in *Antiqq. Bursfeld.* c. II. §. 12. p. 42.

(h) ANNALES CORBEI. p. 318.

(i) DIPLOMA supra p. 900.

(k) DIPLOMA bullatum p. 905. Exstat quoque diploma *MAGNI* Episcopi *Hildeshemensis*, a. 1446 ipso die *S. Brutii* Episcopi datum, quo *Abbati* ac *Monachis* *Clusinenfibus* adiudicat *quietam* possessionem *areae duvendal* eiusque *decimam* iuxta *Lütken Vreden*, quam antea *Ludolfus de Walmede* possederat. Exstat aliud diploma *Eghardi de Hanese*, Praepositi *Hildeshemensis*, a. 1447 datum, quo confirmauit *Clusinenfibus* sex iugera et pratum, *dat hollandes rot*, iuxta *Danckleuessen* sita. Eodem anno in festo *Paschatis* *Abbas* *Clusinenfis* concedit *senatui* *Gandershemensi* ex gratia, vt per *siluam* *Clusensem* iuxta *Hoënröde* deducat *fossam*, pro *termino* *pascui*, vulgo *knik*. Anno 1451 *Helmoldus* *S. Godehardi* extra *muros* *Hildes*, *Abbas* ac *Henricus* *novalis* *S. Mariae* ordinis *Cisterciensis* *Hild.* *Dioec.* *arbitri* *electi* e *coenobii* *Clusensi* et *Amelungsbörnensi* ad *dirimendam* *litem* de *iure* *piscandi* in *fluuio* *Leine*, pronuntiant, *Clusinenfibus* esse *facultatem* *piscandi* et *ius* in *Leina* a *fossis*, vulgo *Lantwäre* in *Esbeke* vsque ad *riuulum* *de Beke* infra *villam* *Erdesbuse*.(l) In *Antiqq. Gand.* c. XX. p. 136.

WEDEGO su
commendatus e
torem obtineret.
Wedegonem con
hoc aetate inter re
s celebratissimi
tum ab Abbatisa
ari. (m) Ipse a.
pla se antea rebel
tensi defensionem
obitae Clusinense
fies praefertim m
sti dedit Wedeg

Nos WEDEGO A
gii in Clusa or
tia posteris, quod
Domini et Domine
clisae Gandersfeme
ntimus, eosque e
olligati, pro qua
quandam redemptio
pe maris puri argu
monete fauorabiliter
notradiderunt et in
monio sigilli nostri e
imo octogesimo pri

Anno 1486 et pro
obioque murum ci
nscriptionem addid
us dedicatio celebrat
et sinistram legitur
lextram adscriptur
is. In arcu forn
tempore reformatio
bat diplomatarium s
sum tefellit incolas n
templum dixit: Res
Quo cognito, admir
malis inde ditatus, :
nomos Ducibus Brun
nullo quippe titulo p
uicenses WILHELM
eis privilegia patrocit
Episcopus Hildeshensis
terabilium virorum Pr
ori *Freden* adnexuit et
Michaelis *Hildesheme*
nalis *Capituli* *Patron*
concesserunt *Wedegoni*
mis et *memotis* ex
nerum *duodenarium*

(m) BODO in *Chronis* Cl
(*) Anno 1492. excunte
semeni, adiudicat

§. XXV.

WEDEGO successit a. 1460, et ab utraque Abbatissa, cum *Sophia*, tum *Walburge*, commendatus est Iohanni Abbati S. Michaelis, Hildeshemensis, ut ab eo confirmationem obtineret. *Sophiae* commendatio Panthaleonis primo die scripta. Iohannes *Wedegonem* confirmavit eodem anno 5 Aug. anno secundo Pii II Papae. Erat ea adhuc aetate inter reliquias sanctorum Gandersheimenses integrum *Lulli* corpus, praefulis celebratissimi, qui coenobium Hersfeldense olim extruxerat. Caput venerandum ab Abbatissa impetrauit *Wedego*, quod festis diebus consueverat imponere altari. (m) Ipse a. 1464 *Hansum de Vreden* eo adegit, ut deprecaretur Abbatissam, ne ipsa se antea rebellantem puniret. *Didericus de Vslar* a. 1465 promisit coenobio Clusinenli defensionem et pro ea expetiit deprecationes apud Deum. Anno 1471. coenobitae Clusinenses emerunt certos agros, sitos in campis et terminis villae *Gremmedessen* praesertim medium mansum et medium quartale mansus terrae arabilis. Anno 1481 dedit *Wedego* hoc Diploma :

Nos *WEDEGO Abbas*, Theodericus Prior, et totus conuentus monasterii S. Georgii in Clusa ordinis sancti Benedicti recognoscimus pro presente pro nobis et nostris posteris, quod censum annum quatuor sol. quem nobis et nostro monasterio Domini et Domine Capituli Gandersemenfis ad longa tempora de macellis fori, ecclesiae Gandersemenfis adiacentis, dederunt, eis pro nunc et futuris temporibus remittimus, eosque exinde quitamus, ut amplius ad eundem nobis dandum non sint obligati, pro qua quidem remissione praefati Domini et Domine Capituli Gandersemenfis quandam redemptionem dimidie marce puri argenti empte ab eis quondam pro quinque marcis puri argenti in bonis nostri monasterii, receptis nouem marcis currentis monete fauorabiliter concesserunt et literam desuper a nostris predecessoribus datam contradiderunt et inuolauerunt. Et ut haec rata et inconuulsa permaneant, testimonio sigilli nostri et conuentus roborauimus anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo primo, dum in Ecclesia Dei cantatur Oculi mei.

Anno 1486 et proxime sequentibus templum ruinofum ipse reficiendum curauit coenobioque murum circumdedit. Altaria recens condita consecrari iussit. Altari summo inscriptionem addidit: *Altare summum consecratum est in honorem beate Marie virginis, cuius dedicatio celebratur Dominica post Dyonyssii - - 68. frater Andreas Probst.* In aedícula ad sinistram legitur: *Altare consecratum est in honorem S. Georgii Martyris.* In sacello ad dextram adscriptum altari: *Altare consecratum est in honorem S. Nicolai Episcopi et Confessoris.* In arcu fornicis sacelli huius antrum fuit paratum, cui profugi Monachi sub tempore reformationis Lutheranae, heic inuectae, arcam indiderunt, quae continebat diplomatarium seu Copiale ac thesaurum ecclesiae. Antrum calce superlita clausum sefellit incolas novos, donec Monachus longo post tempore quidam ingressus templum dixit: *Res nostra adhuc est in saluo*, digitoque locum comiti monstraret. Quo cognito, administrator *Nibecker* antrum aperuit et scrinium exemit, numisque multis inde ditatus, arcam instrumentis et ornamentis ecclesiae plenam, reddidit citra numos Ducibus Brunsvicensibus. Numis istis fortuna secunda nequaquam adspirauit, iniusto quippe titulo partis. Anno 1481. 1486. 1487. et 1495 Serenissimi Duces Brunsvicenses *WILHELMVS*, *FRIDERICVS* et *HENRICVS* (*) coenobium Clusinenfe et eius priuilegia patrocinio clementissimo ac confirmatione dignati sunt. Anno 1468 Episcopus Hildesienfis *Ernestus*, cuius sigillum dedimus Tab. XI. fig. 17. consensu venerabilium virorum Praepositi, Decani, et Capitularium ecclesiam parochialem in *minor Freden* adnexuit et iunxit coenobio Clusinenfi. Anno 1477 *Hermannus Abbas S. Michaelis Hildeshemensis* ac *Bernhardus Abbas S. Blasii Northeimensis*, auctoritate annalis Capituli Patrum congregationis Bursfeldensis, Visitatores Clusinenfis coenobii, concesserunt *Wedegoni*, Priori, ac Conuentui eiusdem Monasterii, immunitatem amissis et memoriis ex decreto congregationis commemoratae constitutis, quae numerum duodenarium superant, donec secus statuatur per idem annale Capitulum.

We-

(m) BODO in Chronico Clusinenfi p. 352.

(*) Anno 1492. exeunte Paschate *Elisabeta de Stolberge*, vidua Brunsvicensis, sedens in castro Gandersemenfi, adjudicat Clusensibus molam oleariam iuxta Broylw. sche.

Wedego vitam suam prorogavit vsque ad obitum Agnetae. Obiit vero Kalendis ipsis Augusti. (n) Ipso viuento, primi libri, formis descripti publicis, in coenobium Clusinense peruenerunt, qui tandem in bibliothecam mediocrem excreuerunt. *Vocabularium catholicum* fuit primum, quod a. 1450 Ioannes Guttenberger ciuis Moguntinus et Ioannes Fust typis excuderunt. (o) Primus hic quoque existit liber, quem Wedego coenobitis suis comparauit, vti scriptura in fronte eius inserta declarat,

§. XXVI.

CONRADVS *Hissing* anno 1505 eodem die, quo Wedego decefferat, in Abbatem electus, et a sociis Capitulo Gandershemensi, nominatim Gertrudae Praepositae, Katharinae Decanae reliquisque Capitularibus commendatus fuit. Confirmationem eius concinnarunt *Gertrudis de Reinslein, Praeposita, Katharina de Honstein Decana, Ludolf Steinen Senior* ceterique Capitulares a. 1505. 22 Augusti. Licet vero coenobitae Clusineses non negarent, sede Abbatiali vacante vel impedita, ius confirmandi electum Abbatem spectare ad Capitulum secundum *Cap. Cum olim et cap. 1. de Institut.* tamen noluerunt Canonicos sic dictos reputare pro Capitularibus, quippe quibus nullum Caesaris aut Papae diploma iura capitularia (*) tribuat. Ni igitur mentio horum deleatur ex charta confirmationis, sese confirmationem a praeside congregationis Bursfeldensis expeturos, dictitarunt, quam ea facultate intruxerit Ludovicus Romanae ecclesiae Presbyter Cardinalis, a sancta synodo generali Basileensi ad Germaniae partes in legatum deputatus, anno 1446 Francofurti. (p) Sic extorta fuit confirmatio, ad eam formam scripta, quam desiderabant coenobitae. Anno 1514. 14 Mart. Arnoldus Kyllaes Canonicus ecclesiae Nortensis centenos florenos viuis donauit coenobiis Clusensi, Mariaesteinensi, et Amelunxbornensi. A. 1510 Iohannes Decanus et Capitulum S. Mariae prope Embecam vendiderunt XV marcas valoris Embecensis Conrado, pacti vsuram annuam. Coenobium Clusinense tum erat praediuus, numosque plurimos elocabat senatui Neobrunsvicensi, Goslariensi, Embecensi, Gronauensi, et in primis a. 1512 senatui Palaeohildeshemensis videlicet 1000 minores libras penningorum. Statuerat tum **HENRICVS Senior** Capitulum Gandershemense eiusque reditus in Academiam conuertere ac prouentus coenobiales Professoribus addicere. At obitus et momenta alia consilium interpellarunt. Henrico seniori defuncto, excessit etiam seniorior coenobii Clusinensis aura. Inruit enim bellum illud ferale inter Duces Brunsvicenses et Iohannem Episcopum Hildeshemensem. Henricus Iunior et Ericus, ab obsidione Calenbergae hostem repulsuri, exusserunt pagos Oldenrode et Lysershufen, et Clusineses Monachos coegerunt submittere currum cum equis quatuor et seruis duobus ad impedimenta transferenda: paullo post milites Episcopi, depraedatores pessimi, a. 1519 coenobium Clusinense expilarunt, armenta abegerunt: idem tentarunt in coenobium Brunteshufense, sed maturo campanarum sonitu repressi ac delapsi sunt: villas Aldengandersem, Gremmeldeffen et Helmekesrode, vna cum Dangleveffen, incendiis vexarunt. Abbas reparauit domus adflictas a. 1520, quantum quidem valuit. Anno 1521 incendiarii Hildesenses redierunt et vbique praedationum vestigia impressere. Anno 1522 (***) auctoritate Caesaris, cuius proscriptionem nihili habuerat Episcopus, arma a Ducibus resumuntur. Henricus Dux a. 1522 Lamspringam igni tradit funesto: Episcopus contra infestat Sesam. Tum quoque mater Henrici iunioris, quae in castro Gandershemensi agebat, et agros in Ludoluessen antea Clusinesibus ademerat, restituit agros nonnullos, vt piscinam in valle palustri *Mordal* seu *Nordahl* faciendam sibi curaret. Lutherus interhaec turbauerat imperitos Monachos. Quare, vt ipsi Luthero sociisque doctissimis resisti posset, patres Benedictini Bursfeldenses a. 1521 Werdae in Capitulo anniuersario statuerunt, vt Monachi, bene litteris imbuti, in posterum adsciscerentur in coenobia, et quidem ex schola S. Petri Erfurtana. Fuerunt, quibus id consilium minus probaretur, caussati quidem, abstinentiam a carne fore ingrati doctis, qui vires ingenii in promptu studerent habere. (q) Sed huic quoque malo remedium est ad-

(n) *NECROLOGIVM S. Michaelis Hildesb.* To. II. Leibn. p. 107.

(o) *TRITHEMIUS* in *Chronico Hirsauensi* ad a. 1450. p. 421. To. II.

(*) In Bulla a. 1206 Innocentius III iam confirmauit Canonicos. Vide *Dissertationem* nostram de Canonicis.

(p) *BODO* in *Chronico Clusinensi* p. 353.

(***) Eodem anno in *Innocentio* Henricus Abbas S. Blasii Northeimensis florenis 95 vendidit Conrado Abbati Clusinensi bona coenobii Blasiani in *Steinla* et *Drundstede*, quae donauerat Dux *Otto Magnus*, Dux *Baariae* et *Saxoniae*, vt legitur in charta cellionis.

(q) *BODO* l. c. p. 361.

MIN
aditum. Concessit
minos inuenit Mon
no 1129 horribilis et
ulum existit. At
sibi soluenda pac
Katharinae admoer
Gertrudis eius, qua
is Clusinensis, qui
100 fore controuerfi
Michaelis conclusit in
is suis nonnullis.
Anno 1538 murium
noturni in granariis:

Succesit IOHA.
locepit a Magdalena
Anno 1542 coepit bi
brosiam Ziegenhaine
Federati Smalcaldici
Iuradi et Wulbrandi
bruxerunt, campana
rum atque altarium
lio damna intulere gr
ellicis bibisse in mutu
gensi Halas accessit ad
tem tempore e coeno
Anno 1549 Abbas per
tellen et Oderichshuf
acensem inuasit circa
Eruisit oppidum Bok
Comitem represserun
erras hostili animo g
um damno duorum
as, praelio congress
gam. At eadem it
maustum. Inter has
de Warberge. Abb
naelsteinenfse, quem in
domadarum abripi ius
laterent? Sed ipse vr
tiones. Quo facto Pa
incidit, procuratorem
e custodia liberaretur,
sunt praeterea ducenti
trudabantur a coenobiti
bilus fuisse ablatum.
hypotheccam recepit de
pasas, sed praedixit, ea
conscribi iussit eamque C
deo iuniori Iulius succes
D. Chemnitium, D. Iac
nise Gandesiam, reform
refferunt ei Clusas, et
arunt in conclau capitu

(*) Sic habet MStum Chroni
(f) *BODO* l. c. p. 368. sq.

adlatum. Concessit enim Leo Pontifex vsum carnis moderatum Benedictinis, et promtissimos inuenit Monachos per Dioeceses, Halberstadensem et Magdaburgensem. Anno 1529 horribilis et celerrima ex Anglia pestis in hasce terras serpsit plurimosque mortalium exstinxit. Anno 1530 Henricus Iunior Canonicos, quos paulo ante, tributa annua sibi soluenda pactus, ad iura suffragandi (*) capitularia inter turbas Gertrudis et Catharinae admouerat, eo adduxit, vt Mariam designarent, eius filiam, adiutricem Gertrudis eius, quae pedem vnum iam in cymba Charontis habebat. Frendebat Abbas Clusinensis, qui praeuidebat, sibi in posterum cum Seniore Canonicorum de primo loco fore controuersiam. Anno 1532 senatus Hildeshemensis Monachos coenobii S. Michaëlis conclusit in loco, quem *refectorium* vocant, (r) vsquedum cesserunt hi iuribus suis nonnullis. Anno 1533 heic omnes obseruarunt Cometam, late fulgentem. Annus 1538 murium vesana multitudo laborauit. Auditi quoque sunt multi motus nocturni in granariis: et annonae caritas mox est consecuta. Obiit Conradus a. 1541.

§. XXVII.

Succesit IOHANNES MVTKEN, Alfeldensis, qui confirmationem electionis suscepit a Magdalena Praeposita, Margareta Decana et Bertoldo Stein Seniore et toto Capitulo, Anno 1542 coepit bellum Smalcaldicum aduersus Henricum iuniorem. Quo in custodiam Ziegenhainensem abducto, Monachi Clusinenses discefferunt Northemium. Foederati Smalcaldici coenobium Clusinense permiserunt arbitrio virorum nobilium Conradi et Wulbrandi Bockiorum, qui conclaue firmissimum inter templi turre sibi construxerunt, campanas disiecerunt ac Embecenibus vendidere, calices et cimelia sacellorum atque altarium et vsus cibarii abstulerunt, silisque insigniter prostratis coenobio damna intulere grauissima. Certis constat documentis, Bockios e calicibus eucharisticis bibisse in mutuam salutem. Anno 1549 HENRICVS Dux e custodia Ziegenhainensi Halas accessit ad Caesarem et ab eo terris suis fuit restitutus. Discefferunt eodem tempore e coenobio Bockii sibi que equos currusque Monachorum vindicarunt. Anno 1549 Abbas permutauit bona cum Canonicis Gandershemensibus, sita ad Dankelsen et Oderichshufen. Anno 1552 Volradus Comes Mansfeldicus Ducatum Brunsvicensis inuasit circa festam Martini diem et fumos ignesque longe lateque sparsit. Exussit oppidum Bokenum, ditioni inimicum. Praesidiarii, qui Alfeldam tenebant, Comitem reprefferunt. Sequenti anno Marchio Brandenburgensis Albertus, in hasce terras hostili animo grassatus, exceptus est prope Peinam ab Henrico Duce, victoriam cum damno duorum filiorum nacto. Nihilofecius Albertus, mortem Maurtii vlturus, praelio congressus est cum copiis Henrici iuxta vicum *Gittelde* prope Stauffenburgum. At eadem ibi cum fortuna fuit conflictatus. Vtrimque multum sanguinis haustum. Inter hasce dissensiones castrum Gandershemense tenebant nobiles Domini de Warberge. Abbas Clusinensis cum Monachis suis profugerat in coenobium Mariae steinense, quem inde Marchio Albertus Gandershemium in captiuitatem IV hebdomadarum abripi iussit. Hostes ex ipso quaesierunt, vbinam diplomata coenobii laterent? Sed ipse vna cum procuratore obtendit, quantascunque potuit, excusationes. Quo facto Packemorius Abbati sigillum per vim subripuit, et crucem in naso incidit, procuratorem vero Henricum Kothmannum eurare molitus est. Vt vterque e custodia liberaretur, 400 loachimicis effectum. Ex bonis coenobii ipsius extorti sunt praeterea ducenti loachimici. Scriptorium, in quo cimelia pretiosiora ac numi adseruabantur a coenobitis, creditum fuit Iohanni Schnorio, qui postea finxit, id ab hostibus fuisse ablatum. Anno 1554 Abbas mutuatus est Henrico Duci 150 florenos et in hypothecam recepit decimam Nienhusanam. Anno 1564 idem nouas acquisiuit Campanas, sed praedixit, eas religioni Pontificiae non diu inseruituras. Quare vitam suam conscribi iussit eamque Chronico Bodonis in vicem supplementi suffigi. Defuncto Henrico iuniori Iulius successit filius, qui ineunte autumno Petrum Abbatem Bergensem, D. Chemnitium, D. Iacobum Andreae et Burchardum de Cramme ac Curtium de Swichelde misit Gandesiam, reformatum abusus, religioni sensim inuolutos. Ipso die Martini accesserunt ei Clusas, et Abbatem ac procuratorem Andream Stendel ad examen vocarunt in conclaui capitulari. Adparauerat Abbas vina et cereuisiam Eimbeccensem,

vt

(*) Sic habet MStum Chronicon Clusinense, quod inuolatum dedi. Res ipsa aut aliter exponenda aut falsa est.
(r) BODO l. c. p. 368. sq.

vt hospites reficeret. Verum ubi ordinem et instituta dimittere nollet, *visitatores* sibi a cibo ac potu temperarunt, atque ad castellum Gandershemense, in quo *DUX IVLIUS* commorabatur, reddituri rationem, contenderunt. Postridie *IVLIUS* misit praesidem dicasterii supremi Mutzeltinum et Petrum Abbatem, eodem fine, vt hi Abbatem et procuratorem flecterent ad suscipiendam religionem Lutheranam. Respondit Abbas, se ordinem suum ac religionem exuere non posse, sed petere, vt Dux ipsis permittat sectari priora instituta nec, conscientias adfici tristitia, sinat. Eadem respondit procurator. Quo facto a munere suo est deiectus, ac clauis procurationis praefecto Gandershemensi Marco Siuerdes traditae sunt: conclauis eius sigillo munitum: procuratori mandatum, ne die vel nocte extra coenobium prodiret, vsquedum Duci de singulis constaret. Promiserunt tandem Abbas et procurator, sese ordinationem ecclesiasticam Ducis exspectare, quam si conscientia inuiolata recipere possent, Duci se gratificaturos. Itaque procuratori clauis redditae, et sic discessum. Cessauit Missa et cerimoniae moles. Monachus quidam, desens mutationem, exclamauit: *O sanctum coenobium Clusinense, ora pro nobis.* Anno 1569 procurator circa Pentecosten, quum legisset summam ordinationis ecclesiasticae, abiit Hildesiam, et inde ad Electorem Moguntinum, cuius commendatione beneficio ecclesiastico Wormatiae frui iussus est. Obiit a. 1570. die Martis post Reminiscere.

§. XXVIII.

Cuius in locum substitutus est *IOHANNES BECKMANNVS*, olim Monachus Benedictinus ad S. Blasii intra Northemium, et 5 Martii ab Abbatisa *Magdalena Colummensi* recepit confirmationem. Erat Dux Iulius tum Pragae, vt a Caesare feuda acciperet. In vesperis Palmarum consiliarius Guelferbitanus *Henricus de Lube* ad Clusinenses accessit, et in hypocausto Abbatiali negotium sibi demandatum exposuit, ostendens, insciente Principe ac eius ministerio, electionem rite fieri non potuisse. Respondit recens electus Abbas, se rite electum et ab Abbatisa confirmatum, pendere ab Abbatisa, qua ignorante vel dissentiente se non discessurum. Discessit tamen, et frumenti cibariorumque numerus descriptus est, conclauis Abbatis ac superius sacellum sigillo communitum, procuratori Henrico res domestica demandata, atque Hamelmanno mandatum, vt cum vxore et liberis interesset coenobio et vtilitatibus eius prospiceret. Dilapsi sunt inter haec Monachi Hildesiam, Steinam, Bursfeldam, Erfurtum. Vnicus remansit ex eis tantum. Abbas sigillum secum abstulerat, quare Hamelmannus nouum fecit fieri. A. 1570 in comitiis Spirensibus Abbas et Andreas Stendel, tunc Vicarius Wormatiensis, supplices ad Caesarem detulerunt litteras ac patrocinium Imperii implorarunt. *MAXIMILIANVS II* ad 30 Aug. promulgauit proinde decretum, quo reditus et priuilegia coenobii Clusinensis (*) confirmabantur. Dedit quoque litteras ad *IVLIUM DVCEM*, quibus ei suavit, vt Abbatem et Monachos restituat in integrum. Ad 12 Aug. Hermannus Hamelmannus rationem accepti et expensi, nomine *Seuerissimi*, suscepit a procuratore Henrico Pammenio. In primis Hamelmannus coeperat Principi minus probari, quod non impediuerat, quo minus discessissent Monachi, vno excepto: quod sigillum nouum sibi fabricandum curauerat: quod petiones in Westphaliam e Clusis miserat: quod summam acceptorum et expensorum Duci praesenti non illico poterat exactam reddere. Iussu igitur abire Hamelmanno, Iacobo Lossio, coenobii quondam ministro, cura rei familiaris tradita. Mandauit Dux idem, vt Henricus Pammen, cui Abbas administrationem nomine suo delegauerat, ex coenobio Steinensi rediret (†) ad procuratorem rei oeconomicae capeffendam, qui rediit, simulac Abbas consensisset, et ipse a Duce litteras liberi comitatus obtinisset. Anno 1571 incunte Dux iussit etiam, vt Abbas Erfurto reuenteretur suoque praesentem coenobio: eumque in finem litteras liberi comitatus ad eum misit. Rediit Abbas circa Pentecosten, et paulo post mandatu Ducis aduenerunt Gothardus Coci, Abbas Regiolothariensis, Nic. Selneccerus D. et Erasmus Ebnerus Noribergensis, qui petierunt imperando, 1) vt Abbas mandatum comitale ne vrgeret: 2) vt cimelia et char-

(*) Publice id adfixum 18. Oct. Gottingae et senatui traditum. Idem ad 19 Oct. factum Embecae. Ad 20 Alfeldae, ad 21 Hildesiae, et porro Brunsvici, Gronauiae, Sefae &c. idem contigit.

(†) Commouerant *DUCEM* ad ita faciendum minae Caesaris. Nam *MAXIMILIANVS II* a. 1570. 3 Sept. e comitiis Spirensibus dedit diploma, quo Abbatem, Monachos et coenobium Clusinense in singularem suam et Imperii defensionem suscepit. Patrocini et protectionis renouationem promulgauit Imperator *RVDOLPHVS II* a. 1586. 26 Aug.

chartas ad coenobium r
se Gandershemensi obe
reformaret Augustana
peret: 5) vt ad pias ca
deret. Ad 25 Maii Abl
Alberti Buschii, qui, n
derunt coenobitae, se
consensuros. Rediit Ab
noerat. Sed reuenerun
in multum post denno e
nitret Abbas, ac ei figi
simulae superiora quinc
peruenerunt Canonici
scriptionem suadebant,
bulla et Capitulum. F

JOHANNES Abt zu
Hochgeboren Fürsten
unge des Closters als eir
Abt, von hochermelten
Gottes sey eingesetzt vnd
meine Nachkommen, so
lebens, als ein guter Hau
bis meinem Kloster nich
nd was des closters weh
les wieder darzubringen,
Landesfürsten, vnd Clost
sen vnd wenden, die g
der Christlichen Kirchen
meinen Conventualen g
der Schutzes genieffen, g
thun, was meine Vorfah
leisten vnd thun müssen
vnd zugesagt, vnd desse
cket. Datum 6 Junii a. 7

Legati alia ad haec v
terminos praescripti mane
nis Hercinicus nuper perdi
aspicere. Addidit minas,
tragesimali tempore satis e
bershemense, indeque in L
millis tandem extulatum a
petuus olim Lutheranorum
natis, quum resignasset A

HENRICVS PVMMEN
dem et, 3 Junii confirmati
sibi commemorauimus. H
nscriptum. Ipse a. 1577. me
bium S. Michaelis Hildeshei
rationem frustra petiit. An
specialis dignatus est protect
24 Aug. ab HENRICO IVL
si, ea lege, vt retineret si
1596. 19 Apr.

GEORGIUS SCHVNE

chartas ad coenobium rursus reportaret : 3) vt iureiurando Duci haud secus ac Abbatissae Gandershemensi obedientiam et venerationem sponderet : 4) vt sese cum Monachis conformaret Augustanae Confessione et Ordinationi ecclesiasticae, et contra eas nil susciperet : 5) vt ad pias causas et ad paedagogium Gandensense sustinendum tributa penderet. Ad 25 Maii Abbas cum suis super hac re consultauit, vsus praecipue consilio D. Alberti Buschii, qui, ne Abbas consentiret, omni studio dissuasit. Responsum igitur dederunt coenobitae, se ea praestituros, quae Ducibus antehac praestiterint, nec ultra consensuros. Rediit Abbas Coci, vt Monachis persuaderet eo, quae Principi fore grata nouerat. Sed renuerunt omnes. Consiliarii idcirco, infecta re, discesserunt. At haud ita multum post denuo eidem fuerunt praesto, et formulam adtulerunt, in quam vt consentiret Abbas, ac ei sigillum nomenque subnotaret, grauius poposcerunt. Inserta ei formulae superiora quinque momenta, scriptae ad 6 Iunii. Repugnantibus coenobitis superuenerunt Canonici *Iohannes Straube* et *Iohannes Schnor*, ab Abbatissa missi, qui subscriptionem suadebant, ne possessio coenobii plane amitteretur. Consensit itaque Abbatissa et Capitulum. Formula sic habet :

Ich *IOHANNES Abt zur Claus* bekenne vnd bezeuge für dem Durchlauchtigen vnd⁶ Hochgeborenen Fürsten vnd Herrn Herrn *IVLIO* vnd seinen Erben, in die Verwaltunge des Closters als ein erweiter vnd von der Ebtissin zu Gandersheim confirmirter⁶ Abt, von hochermelten Fürsten, als *Schutz- vnd Landes-Herrn*, heute im Nahmen⁶ Gottes sey eingesetzt vnd eingeweiht worden : berede vnd lobe für mich, vnd alle⁶ meine Nachkommen, solche Vorwaltunge christlich, vnd treulich, die Zeit meines⁶ lebens, als ein guter Hausvater zu vorrichten, wil darob sein vnd vestiglich halten,⁶ das meinem Kloster nichts entzogen oder entwendet, Brieffe vnd Siegel, privilegien⁶ vnd was des closters wehre in guter vorwarunge halten, was entfremdet bestes fleis⁶ ses wieder darzubringen, wolgedachter Ebtissin des Stiffts Gand. vnd hochermelten⁶ Landesfürsten, vnd Closter getreu vnd holt sein, bestes wissen vnd schaden war⁶ nen vnd wenden, die güter des Closters nicht alieniren, euffern vnd vorpfenden,⁶ der Christlichen Kirchen Ordnung des Fürstenthumbs Braunschweig mich sampt⁶ meinen Conventualen gemes vnd gehorsamb vorhalten, *die bürden des landes, wie wir⁶ des Schutzes genießen, gleich andern Prelaten des Landes helfen tragen*, vnd alles anders⁶ thun, was meine Vorfahren des Closters hiebevorn gethan, vnd andere Landstende⁶ leisten vnd thun müssen, wie ich dan das treulich vnd vngeferlich zu halten angelobt⁶ vnd zugesagt, vnd dessen zu Vrkundt das Abtey Ingefelgel auf diessen Brieff gedru⁶ cket. Datum 6 Iunii a. 71.⁶

Legati alia ad haec vrferunt. At respondit Iohannes Schnor, ipsorum esse, intra terminos praescripti manere. Ebnerus, qui aliquo mille loachimicos in metalli fodinis Hercinicis nuper perdidit, digito monstrauit Schnorium, *turbatorem*, inquit, *adspicite*. Addidit minas, et iram Ducis Schnorio praesagiit, quam hic sequenti Quadragesimali tempore satis expertus est, quum noctu abriperetur captiuus in castrum Gandershemense, indeque in Libenburgensem carcerem, et custodiam Guelferbitanam. Dimissus tandem extulatum abiit, et in pago *Forste* ad Hildeshemium miserrime obiit, perpetuus olim Lutheranorum persecutor. Abbas ipse decessit a. 1572. die Lunae post Trinitatis, quum resignasset Abbatiam suam Kalendis Iunii.

§. XXIX.

HENRICVS PVMMEN, Monachus ibidem, electus est suasu D. Buschii die eodem et, 3 Iunii confirmationem ab Abbatissa nactus, incidit in aerumnas varias, quas alibi commemorauimus. Hucusque secutus sum Chronicon quoddam Cluifinense manuscriptum. Ipse a. 1577. mense Aprili discessit, cum cimeliis et diplomatibus, ad coenobium S. Michaëlis Hildeshemense. Anno 1582 implorauit gratiam Ducis *IVLII* et restitutionem frustra petiit. Anno 1586 Rudolfus II Imperator Abbatem et coenobium suae specialis dignatus est protectionis formula, in diploma publicum redacta. Anno 1589. 28 Aug. ab *HENRICO IVLIO* restitutus est Abbas, interuentu Abbatis Ringelheimensis, ea lege, vt retineret suam religionem, si meliora admittere nollet. Obiit is a. 1596. 19 Apr.

§. XXX.

GEORGIUS SCHVNEMANN, Lutheranus Canonicus Gandershemensis, anno 1597.

1597. 17 Nou. obtinuit priuilegiorum confirmationem a Duce *HENRICO IVLIO*. De eo plura dedimus alibi. Obiit a. 1617. sepultus in coenobio Clusinenfi 23 Sept. obtinuit ab Abbatissa agros *nouae villae* in feudum pro posteris suis masculis.

§. XXXI.

IOHANNES RITTEROTH successit. A. 1624 bibliothecam tradidit coenobialem Duci, qui eam Academiae Iuliae donauerat. A. 1630 eiectus est et a. 1631 rediit.

§. XXXII.

NICOLAUS SELINGH Pontificius ab Henrico Spichernagel Abbate S. Pantaleonis Coloniensi a. 1630. 19 Iunii designatus est Abbas, a praefide, inquam, congregationis Bursfeldensis per Germaniam. Sed anno 1631 territus armis Suecorum victricibus, clauibus Abbatissae transmissis, abiit. Dein rediit Iohannes Ritterot. Posthaec Superintendentes generales Gandersheimenses, inuitis Abbatissis, Abbatiam Clusinenfem simul moderati fuerunt ad annum vsque 1702. Anno 1694 Duces Brunsvicensis potestati Abbatissarum locum reddiderunt, in quo inde ab Henrici Pumenii aetate nulli exstiterunt Monachi.

CAPVT II.

DE

COENOBIO BRVNTESHVANO.

Conspectus. §. 1. *Origo et Praepositi nonnulli.*

§. 2. *Fata vltima.*

§. 3. *Fundatio noua.*

§. 4. *Enumeratio lapidum figuratorum, quos conclauae ibi quoddam adseruat.*

§. 5. *Cetera memorabilia.*

§. I.

De origine eius in *Vita Ludolfi* dictum. Proxima in Vitis Abbatissarum enarrata. *IVNCKERS* originem eius Henrico II perperam tribuit. (a) Praepositos singulos dare non licet. Ordo heic floruit Benedictinus.

Ad a. 1217 *Werbertus* occurrit.

Ad a. 1267 *Rubertus*, et *Helburgis* Praeposita. Ad a. 1322 *Arnoldus*.

Ad a. 1482 *Ioannes Kopman*.

§. II.

Diploma de pago *Aventhusen* alibi adtuli. In Vitis Magdalena Columnensis et Margaretae fororis multa habentur, huc spectantia. A. 1627 coenobium, exceptis templo et peristyllis, deflagrauit. A. 1694 id traditum recepit Abbatissa *HENRIETTA CHRISTINA*. Praeposituram tenet *M. Ludolfus Faber*, Superintendens Grenensis. Pastorum administrant Pastores *Gremenses*. Chorum cantilenis sacris ornant *Domina* et tres virgines Evangelicae. Reparauit multa perquam Venerabilis et Serenissima *Henrietta Christina*. Plura adiunxit Serenissima *ELISABETHA ERNESTINA ANTONIA* ab a. 1716 ad annum 1727. Spectabilis est collectio rariorum naturalium, bibliotheca curiosa, et scientiarum delineatio. Eminent picturae, figurae in aes incisae, et antiquitatum viuida repraesentatio. Confer *M. Ioannis Michaelis Weinrichii IV Betrachtung der merckwürdigsten Alterthume vnd gelehrter Dinge* p. 564. sqq. Encrinos nonnullos ibi obuios explanavi in *commentatione de Encrino seu lilio lapideo*, cuius recensionem habes in *Novis Actis Erudit.* 1732. M. Febr. p. 73. sq.

§. III.

Coenobium hoc Abbatissis olim fuisse subiectum, aliunde satis dilucet. Inprimis id intelligitur ex diplomatae *Elisabete*, quod a. 1452 *Elisabete* Abbatissae S. Mariae impertiuit. In eo praeter alia haec leguntur: *So wy vnde vnse Stifte vnd vnser Stichtes kercken ledemate dem Stole to Rhome aue middel mit andern vnser kercken vnd Stifften, benomptliken dem Stichte to sunte Marien, Clus, vnd Brunteshusen sin behorich vnd vnderdan,*

(a) In *Geographia mediæ aevi* p. 222.

in vryse Vorfarn vor vnd
miltar wolt vnd macht, we
ne confirmet vnd bestediget
dem coenobii Brunteshuf
finderet, anno 1717 inte
legii orphanorum educa
medefiniit. Florem et fr

Non alienum erit ab in
recensionem, vt pateat
coenobio Brunteshufano adse

lit lapides figuratos, q
g
a. Cista pri

Glossopetrae minimae nigrae
deum vtrimque adhae
Glossopetrae maiores flavae
3 duplices, 5 diffusas in
gaudet, sed nucleo et n
Apices fulgentes seu stimuli
Stimulus ex erinaceo insu
miles lapidei eis adiecti
Semina indurata, ex flaua l
Eiusdem figurae semina p
Semina rotunda, nigra, e
Matrices complures, sem
10. 11. *Oolithi* (*Roggenst*)
ex monte *Nusberg* ad l
Oolithi, in quibus ouii
Pisolithi, in quibus pisa
Lapides, qui continent
Lapides, qui poma re
Cariophyllitae, qui aron
Echinita maior, in qui
diuisus,
Echinita alius in sex par
rum, in vna linea sibi l
Echinitae duo, quibus st
Echinita, qui supra in me
Lapidum Iudaicorum varia
Elatae seu globi, qui oli
Elatae maiores, coerulei.
Achryites seu lapis, palea

Dendritae Eichstadiensis et
Berantiae, in quibus herba
baea, scrotularia, millef
fuisse mollem.
Phyllitae, in quibus folia er
terunt, sed typum sui relic
Fungi lapidei, qui plerumqu

(*) Octo *Weinbeinweiser*, e quibus

So dat vnse Vorfarn vor vnd wy nue de VORSTENDERE der vorbenomten Stichten van pa-
weslicker wolt vnd macht, wegen de vns dar over is gegeuen und beuolen, von dem Stale to Ro-
me confirmeret vnd bestediget hebben. Vt ABBATISSA nostrae aetatis non solum sese prae-
fidem coenobii Brunteshusani piam, sed instauratricem quoque collapsae rei sacrae
ostenderet, anno 1717 inter ipsam Iubilaei solemnitatem saecularem fundamenta noui
collegii orphanorum educandorum et pietati innutriendorum iecit, eique scopo numos
praedefiniuit. Florem et fructum indubie perfentiscet posteritas.

§. IV.

Non alienum erit ab instituto nostro, breuem heic inferere *Lithophylaeii Brunteshu-
sani* recensionem, vt pateat exteris, nostrisque, quid, et ex qua patria conlectum in
coenobio Brunteshusano adseruetur corpus lapidum figuratorum.

CLASSIS I

fistit lapides figuratos, qui similes sunt animalibus eorumque partibus: ve-
getabilibus et eorum partibus.

α. Cista prima, in cuius receptaculis 24 hospitantur.

1. *Glossopetrae minimae nigrae et nigricantes*, ex Comitatu Winceburgico. Os quoque hyoi-
deum vtrimque adhaeret nonnullis. Numerus est satis magnus.
2. *Glossopetrae maiores flavae et albicantes* 22 ex agro Diekholzano. Hisce adiungimus
3 duplices, 5 diffusas in medio, vnam tegmine carentem, vnam, quae tegmine
gaudet, sed nucleo et materia interiori caret. (*)
3. *Apices fulgentes seu stimuli*, quos alii vocant dentes draconum et luciorum.
4. *Stimulus ex erinaceo insulae Ceilon*. Alius eiusdem generis sed ferratus. Stimuli si-
miles lapidei eis adiecti.
5. *Semina indurata*, ex flaua filice conflata, ornata maculis nigris, et hilo nigro.
6. Eiusdem figurae *semina* perquam nigra.
7. *Semina rotunda, nigra, et exigua in matrice albicante*.
8. *Matrices complures, seminibus variis impletae*.
9. 10. 11. *Oolithi (Roggensteine)* varii generis, speciei, magnitudinis, coloris. Multi
ex monte Nusberg ad Brunsuicum sunt collecti.
12. *Oolithi*, in quibus ouula conspiciuntur maiora.
13. *Pisolithi*, in quibus pisa lapidea adparent copiosa.
14. *Lapides*, qui continent erua, *Wickensteine* vulgo dicti.
15. *Lapides*, qui poma repraesentant.
16. *Cariophyllitae*, qui aromatica cariophylla exhibent.
17. *Echinita maior*, in quinque partes aequales punctis inde a vertice procurrentibus
diuisus.
18. *Echinita* alius in sex partes aequales per strias diuisus. Striae per seriem puncto-
rum, in vna linea sibi succedentium, indicantur.
19. *Echinitae duo*, quibus striae sunt quinque, quae duabus punctorum striis conspiciuae.
20. *Echinita*, qui supra in modum stellae marinae est punctis conspersus.
21. *Lapidum Iudaicorum* variae speciei.
22. *Elitae seu globi*, qui oliuas repraesentant, minores.
23. *Elitae maiores*, coerulei.
24. *Achyrites seu lapis*, palea lini plenus.

β. Cista secunda.

1. *Dendritae Eichstadienses et Gandersheimenses*. Conchitae duo, in quibus arbusculae.
2. *Botanitae*, in quibus herbae et fruticum partes sunt obuiaae e. g. filix, gramen, Iaco-
baea, scrofularia, millefolium &c. Materia est lapis fissilis, quem oportet olim
fuisse mollem.
3. *Phyllitae*, in quibus folia eminent. Origo est ex topho, cui folia illapsa tandem per-
ierunt, sed typum sui reliquere. Lapidus eiusmodi adhuc generantur.
4. *Fungi lapidei*, qui plerumque intrinsecus sunt caui.

§. Zin-

(*) Octo Weinheimenses, e quibus tegmen renidens sublatum et erosum.

5. *Zingiberitae*, qui Zingiber sunt lapideum.
6. *Lapis variegatus*, qui flores permixtos refert. *Grotescam* vocant alii.

γ. Cista tertia.

1. *Encrini nigri exigui*, in quibus pars sceptri eminent apicem claudit, partim rotundi, partim angulati.
2. *Trochitae* specierum centum et ultra.
3. *Entrochi* seu cohaerentes trochitae plures.
4. *Entrochus*, connexus e trochitis viginti.
5. *Trochitae cineritii et transparentes*.
6. *Entrochi*, ex eisdem connexi.
7. *Trochitae*, qui in peripheria rosularum instat formati sunt.
8. *Entrochi*, ex eiusmodi trochitis coagmentati.
9. *Trochitae exigui*, in altero latere stellam aemulantes.
10. *Entrochi*, ex eisdem consistentes.
11. *Astroitae* minores.
12. *Entrochi*, ex trochitis stellatis connexi, plerumque pellucidi.
13. *Asteriae* maiores.
14. *Entrochi* ex asteriis maioribus.
15. *Bacilli varii*, insignes partibus hinc inde sparsis.
16. *Partes cancri*.
17. *Fragmenta insectorum*. Vidi apud Ven. MEYNBERGIUM, Superintendentem generalem Clausthaliensem, papilionem lapideum, araneam et culicem fimilis materiae, in petram conuersos.
18. *Fragmenta foliorum*.
19. *Cubi Badenses* ex prato cuborum Badensi, quod est apud Helvetios.
20. *Hysterolithi* maiores et minores, cum *enorchis*.

δ. Cista quarta.

1. *Encrinus integer nigricans et rarissimus*, eo quod undecim ramis constat, quum ceteri plerumque 10 praeferant rariusque 12 ostentent. Inhaeret ei petioli pars, ad latus deiecti. Conspectus huius figurati lapidis, ex lapicidina vicina adlati, supremo Aulae praefecto IOHANNI ANTONIO DE KROLL, fautori summo, occasionem suppeditauit colligendi figurata complura.
2. *Tres encrini dimidiati*.
3. *Encrinus dimidiatus laeuigatarum partium*. Encrini extraordinarii fragmentum.
4. *Encrinus nigricans*, in medio diffractus, cuius pars vtraque arte compressa totum constituit. Interiora constant ex limo, nunc ex filice, nunc sunt alicubi caua, nunc ex granulis limo inhaerentibus. Connexio partium interna ornamentis caret et circulo non est dissimilis.
5. *Encrinus vi compressus*. *Encrinus*, cuius rami haud connexi sunt, sed dispersi circa basin iacent.
6. *Bases pentagonae*, per quas encrini cum petiolo connectuntur, separatim obuiaae. Distinctius haec patent ex *Encrino seu Lilio lapideo*, scripto, quod edidi a. 1729. 4. cuius summam habes publice recensitam in *Novis Actis Erud. Lips.* a. 1732. mens. Febr. p. 73. Plura dabimus in calce huius libri. In primis administrationem meretur massa lapidea, quae septem encrinos entrochosque varios exhibet. Singula ex agro Gandershemensi.
7. *Petioli pars superior*, separatim exhibita.
8. *Trochitae agminatim in vna massa infixi ex tractu Aulicensi*.
9. *Entrochus*, cui adhaeret longior petiolus.
10. *Radices encrini manifestae, et singulae et concreatæ*.
11. *Entrochi septem cohaerentes*, instar cicutarum Panis.
12. *Entrochi*, ex Veitladen iuxta Culmbacum adlati.
13. *Trochitae, intus caui*.
14. *Trochitae, in quibus axes et valuulae a reliquo corpore sunt separati*.
15. *Axes trochitarum*, intus caui, lateribus delapsis et consumptis.
16. *Trochitae, qui axe carent*.

17. Tro-

17. *Trochitae*, quibus
18. *Corpora Selenitica* di
19. *Trochitae solares*, qui
20. *Tubuli minores*, e

1. *Belemnitae* maiores lat
2. *Alii* apice breui et o
3. *Alii* longi et acumi
conspicui in mod
4. *Belemnitae* seu coni r
5. *Massae duae*, e belem
6. *Belemnitae*, in quibus
fertus, saepius lam
7. *Belemnita* internus pe
8. *Lamellae separatae*, e
9. *Basis belemnitarum* vtri
10. *Radices belemnitarum*.

1. *Cristalli montani*, Hu
quibus latent et em
2. *Lapis specularis* Orksh
3. *Selenites rhomboidalis*.
4. *Specularis Nordhufjan*
Puch, quem veteres
conclauibus. Inferet
Vnde TERTULLIA
animae per illud sent
Nam cornu tenuatum
in somnio Scipionis c.
NIUS Hist. Nat. L. 1.
Vulcanum in cornu
LIM c. 3. §. 2. En
De effusione lapidu
p. 635. MATTHA
gine et virtutibus p. 7
RY in relatione de M
c. 2. p. 157. In arc
palatio, ex lapide
Bergwercke p. 7. Ve
purgando ac exterge
p. 409. et HARDVII
cularem in vsu esse n
riensis, Marienglat, 1
1 Cor. XIII. 12. vti de
in Academia Helmstac
lapide speculari egregi
remanet, puluis albus
et cutis ad candorem a
p. 397. Sibiium huius
mentatores heic caecut
lari vascula caua et rott
1 Sam. X. 1. Nomen est.
4. *Smiris* seu *Smiritis*, smira

(t) Propediem plura de hoc cog

17. *Trochitae*, quibus adhaeret selenitica materiae induratae figura varia.
18. *Corpora selenitica diuersa*, inter trochitas obuia.
19. *Trochitae solares*, quinquangulares, stellati, quadrati, rosula circa centrum conspicui &c.
20. *Tubuli minores*, et rami separati encrinorum.

ε. Cista quinta.

1. *Belemnitae maiores lati et obtusi*, limo et arenulis intrinsecus referti.
2. *Alii apice breui et obtuso*.
3. *Alii longi et acuminati*, diametri minoris. Duo diffisis apicibus. Vnus circulis conspicuus in modum trochitarum.
4. *Belemnitae seu coni minores variae speciei*: pellucidi: albi: coerulei: alii.
5. *Massae duae*, e belemnitis constatae.
6. *Belemnitae*, in quibus cauum conicum. In cauo illo nouus aliquando belemnita infertus, saepius lamellatus.
7. *Belemnita internus pellucidus: fulgens: ex filice &c.*
8. *Lamellae separatae*, e quibus belemnitae interni nonnulli constant.
9. *Basis belemnitarum vtrimque convexa*, instar galeae.
10. *Radices belemnitarum*, in quibus peluis concaua.

ς. Cista sexta.

1. *Cristalli montani*, Hungarici, Saxonici, Lüdenses et Pirmontani. Matrices eorum, in quibus latent et emicant, sunt eis adiectae.
2. *Lapis specularis Orkshufanus, Bølschufanus, Gitteranus.*
3. *Selenites rhomboidalis.*
4. 5. *Specularis Nordhusanus*, viridis et nigricans. Specularis lapis est Ebraeorum lapis *Puch*, quem veteres indebant fenestris, vt aërem arcerent et diem immitterent conclauibus. Inferebatur quoque laternis et cornu et specular ad transparendum. Vnde *TERTULLIANVS* de anima c. 53. *corneum specular* vocat corpus, ratione animae per illud sentientis *Keren Hapuch*, nomen filiae Iobi, est *corneum (a) specular*. Nam cornu tenuatum visui est pervium, instar lapidis specularis. *MACROBIVS* in *Somnio Scipionis* c. 3. *PLUTARCHVS* de *Placitis Philosophorum* L. III. c. 5. *PLINIVS* Hist. Nat. L. XI. c. 37. *PLAVTVS* in Amphitruone Act. I. sc. I. memorat *Vulcanum in cornu conclusum*. Specularis lapis vocatur Ebraeis *אמפקלרין*. *KE-LIM* c. 3. §. 2. Errant Iudaei et Christiani, qui vocem transferunt per *speculum*. De effossione lapidum specularium *PLINIVS* L. XXXVI. c. 22. *STRABO* L. XII. p. 635. *MATTHAEVS Sylvaticus* c. 47. *ROBERTVS BOTLE* de *Gemmarum origine et virtutibus* p. 7. Russi eum fenestris inserunt loco vitri. *IOHANNES PERRY* in *relatione de Moscovia* p. 394. *ADAMVS OLEARIVS* L. III. itin. Pers. L. III. c. 2. p. 157. In arce regia Madritensi omnes fenestrae circuituum, adiectorum palatio, ex lapide factae sunt speculari. *BRVCKMAN* To. I. *Beschreibung aller Bergwercke* p. 7. Venditur in singulis pharmacopolarum officinis et inseruit expurgando ac extergendo metallo. Falluntur *LIPSIVS* in *nota ad Senecae ep. 90.* p. 409. et *HARDVINVS* in *notis ad Plinium* L. XXXVI. c. 22, qui lapidem specularum in vsu esse negant; an in notitia sit, dubitant. Vocatur is *Fraueneis, Marieneis, Marienglas, Moscovitisch glas*. Vocatur *σπογγιον* in Glossario Philoxeni et I Cor. XIII. 12. vt demonstraui in *Diff. de Specularibus Veterum*, publice ventilata in Academia Helmstadiensi a. 1719. Lux, per eum transmissa, est obscurior. Ex lapide speculari egregium stibium conficitur, si id lento igne dissoluitur. Tum enim remanet, puluis albus tenuissimus, quo argentum sordibus obductum expurgatur et cutis ad candorem ac puritatem reducitur. *BOOTIVS* de *gemmis* L. II. c. 215. p. 397. Stibium huius generis memoratur 2 Reg. X. 30. Ier. IV. 30. Iudaei commentatores heic caecutiunt; Christiani adhuc a ianua aberrant. Ex lapide speculari vascula caua et rotunda fiebant, orificio angusto. Vas eiusmodi vocatur *קב* I Sam. X. 1. Nomen est, vt vocis *קב*, ex facili fissione.
6. *Smiris seu Smirites*, smiraglio, *Schmergel*. Comminutus seruit dentificio, et vitris

(*) Propediem plura de hoc cognomine edisseret Cl. Lemkerus in *Bibliotheca Lubecensi*.

tris poliendis. In sacris litteris V. T. רָמִי a petrosa firmitate et tenacissima suae compagis custodia dicitur, nempe ex רָמִי *seruando, custodiendo*, Es. III. 9. Conf. cogitata mea in Museo Bremensi Vol. II. Part. 2. p. 287. sqq.

7. *Alabastrum* undulatum Hohensteneuse. Conf. Alberti Ritteri *Lucubratiuncula I de Alabastris Hohensteinensibus*.
8. *Alabastra* alia, Florentinum, Rudelstadiense &c. Conf. eiusdem Ritteri *Lucubratiuncula II de Alabastris Schwarzburgicis*.
9. *Marmora*, Mediolanense, Rudelstadiense, Blankenburgicum &c.

ζ. *Cista septima.*

1. *Alabastra*, in quibus arbusculae, frutices, regiones &c.
2. *Lapides fissiles* variae figurae.
3. *Coralloides* Neapolitanum, aliis *Bienenstein*.
4. *Aetitae* varii, sonantes ac non-sonantes.
5. *Lapides incertarum figurarum* ex *aggere sacro* Mecleburgico.

η. *Cista octava.*

1. 2. *Lapides perforati*, inter quos *Niermkies*, *Schwefelkies*.
3. 4. 5. *Alii* eiusdem generis, speciei variae.
6. *Ossa* ex animalibus petrefacta.
7. 8. *Lignum petrefactum* seu lithoxylon.
9. *Stalactites* ex specu Baumännica, *Tropfstein*.
10. *Massae* variarum figurarum ex stalactite.
11. *Cochleae*, lapide inducti.
12. *Bellariorum lapides* ex specu draconum Hungarica, *Confect-Steine*.
13. 14. 15. *Eiusdem generis bellaria* ex balneis Carolinis.
16. *Ramus*, lapide obductus, ex eodem loco.
17. 18. 19. *Baculi* in lapidem versi.

CLASSIS II,

quae sistit lapides, qui referunt figuram testaceorum, et cochlearum, testa carentium,

θ. *Cista nona.*

1. *Cochlitae* minores fulgidi.
2. *Cochlitae* ex terra furva.
3. *Cochlitae* maiores fulgidi, valde constricti.
4. *Eiusdem speciei* cinereo colore.
5. *Massae*, e cochlitis minimis compaginatae, *Moguntinae*.
6. *Cochlitae* elati et in latitudinem depressi.
7. *Cochlitae striati* minores.
8. *Cochlitae* maiores, depressi et diducti.
9. *Turbinitae* fulgidi.
10. *Turbinitae* e terra furva.
11. *Turbinitae* e lapide calcario et farinario.
12. *Massae* et *Matrices* cochlitarum minorum et maiorum.
13. *Strombitae* varii.
14. *Strombitae* perquam exigui et aciem oculi fere fugientes.
15. *Strombitae* voluminum punctulis consperforum.
16. *Strombitae* maiores, intra matricem siti.
17. 18. *Strombitae* voluminum non cohaerentium, quorum nonnulli sunt ex *Iessy* prope Parisios.
19. *Cochlitae*, qui cornua fere repraesentant.
20. *Massa*, e cochlitis diuersis constans.
21. *Cochlitae*, qui serpentes repraesentant.
22. 23. 24. *Massae* cochlitarum eiusmodi.

2. *Cista X*, exhibens cochlitas maiores et maximos.

CLAS-

maxillima fuae con
l. 9. Conf. regina
variancula l. d. Al
liveri Lacu...

x

blarum,

nt ex ledy p...

CLAS.





MINISTE

quae

Cornua Ammonis fulgidi
Cornua ex terra furva.
 . . . 24. *Cornua* species

18. *Cornua Ammonis*
libyicae seu lapides .

17. Cista XIII, exhib
 trices singulorum.

16. Cista XIV, quae c
 carditae minores: C
 conchitas arcuatos

15. Cista XV, plena

25. Cista XVI, exhib
 Ammonis, conchi

primis adtentione digni
 entes singuli massis suis,
 tum et massarum longe f
 uisse enata, et per dil
 barum graminumque si
 pilla pleraque perierunt;
 in poros ingredientibus
 agmento grauitatis id que
 m lapidum, concurrunt
 ae sunt massa terrea, qu
 agis seleniticae figurae.
 enditae figuras nacti su
 unt ex particulis petrosi
 dmodum variantes. Ca
 modi et lusu abhorrent, e
 figurae primitiuae eoluti
 multa sunt dilouii vnus e
 um foret rationi sibi relic
 quae praeferrunt speciem a
 ZERVS, Phycorum Ph
 ite species nonnullorum a
 qui in aquis interire non fo
 rarillimos pyritas figurae in
 chitas sint disiecti: qui in g
 oniecturas nonnullas eo d
 ortum incerto praeferre ma
 figura inest determinata vel
 in petrefactione corporis ips
 sociata manu in Anglia
 ta elaboratam, edere coep
 na terrae et systematis solari
 tefunt, qui, tellurem olim
 sibi liceat adquietescere in fac
 impellare iubet figura saxi,
 existit.

CLASSIS III,
quae sistit animalia marina vel eis similia.

2α. Cista XI.

1. *Cornua Ammonis* fulgidi, seu armati, minimi,

2. *Cornua* ex terra furva.

3 - - 24. *Cornua* specierum quadraginta et ultra.

2β. Cista XII.

1 -- 18. *Cornua Ammonis* specierum plusquam viginti.

19. *Ichthyitae* seu lapides, in quibus figurae piscium.

17. Cista XIII, exhibens *conchitas* et *bucarditas*, *pectinitas*, *auritos conchitas*, *matrices* singulorum. Visentibus iucundissimum spectaculum.

18. Cista XIV, quae complectitur *bucarditas*, in quorum nonnullis continentur *bucarditae* minores: *Conchitas*, *terebratulas*, *telinas mytilinas*, *conchas Venereas*, *conchitas arcuatos* varios, ac *arenarios*.

20. Cista XV, plena *conchitis* aliis.

25. Cista XVI, exhibet *massas trochitarum*, *turbinitarum* minorum, *cornuum Ammonis*, *conchitarum* et *musculitarum*.

Inprimis adtentione digni sunt *echinitae* maiores, *massa encrinorum*, *encrini* inhaerentes singuli *massis* suis, *massae bucarditarum* et *conchitarum*. Ex inspectione partium et *massarum* longe fit *verosimillimum*, pleraque enasci in locis *subterraneis* vel ibi fuisse enata, et per *diluvium* disiecta. Ex adpressionione figurae externae piscium et herbarum *graminumque* sunt orti *ichthyitae*, *tophitae*, et *botanitae* *filiales*. Corpora adpressa pleraque perierunt; at non semper. *Litboxyla* ostendunt, partibus terreis minimis in poros ingredientibus et sensim indurescentibus, *petrefactionem* absolui. Ex augmento *grauitatis* id quoque patet. Vt ne intereant et dilabantur corpora figuratorum lapidum, concurrunt *halitus* *metallici*, *sulphurei*, et in primis *selenitici*. *Cochilitae* sunt *massa terrea*, quae *cochleas vacuas* impleuit. Apices ideo plerumque sunt magis *seleniticae* figurae. *Cornua Ammonis* adhuc crescere alicubi, experientia docet. *Dendritae* figurae nacti sunt ex *refudante humore terreo* per rimulas. *Stalactitae* existunt ex *particulis petrosis*, quas *vindae* secum vehunt. *Causae* *vagae* edunt effectus *admodum* *variantes*. *Causae*, *determinationem* certi *euentus* *secutae*, a *varietate* *eiusmodi* et *lusu* *abhorrent*, ac *agunt* seu *egerunt* vel per *figurae* *suae* *adpressionem* vel per *figurae* *primitiuae* *evolutionem*, quae *generatione* *perficitur*. *Figurata* *eiusmodi* *per multa* sunt *diluvii* *vnius* et *alterius* *monumenta*. Ni *obstaret* *veritas* *diuini* *codicis*, *primum* foret *rationi* *sibi* *relictae*, *antiquitatem* *terrae* *adferere* *fatis* *distentam*. Sunt enim, quae *praefereunt* *speciem* *animalium*, quorum *similia* *amplius* *haud* *existunt*. SCHEVCH-ZERVS, *Physicorum* *Phoenix*, largitur, vt *hanc* *suspicionem* *rationis* *amoliatur*, *peruisse* *species* *nonnullorum* *animalium* *in* *diluvio* *Noachico*, et *quidem* *eorum* *quoque*, qui *in* *aquis* *interire* *non* *solent*. quales sunt *nautili*. Videant *peritiores*, quomodo in *durissimos* *pyritas* *figurae* *ingressae* et *impressae* *sint*: qua *violentia* *tot* *entochi* *in* *trochitas* *sint* *disiecti*: qui *in* *gemmis* *ipsis* *existant* *saepius* *abstrusa* *insecta*. At quis ob *coniecturas* *nonnullas* *eo* *descendet* *audaciae*, vt *plura* *diluvia* *vniuersalia* *ingere*, quam *certum* *incerto* *praeferre* *malit*? *Hanc* *potissimum* *ob* *causam* *ea* *quoque* *figurata*, *queis* *figura* *inest* *determinata* *vel* *animalis* *vel* *particulae* *vegetabilis*, *non* *soleo* *promiscue* *ex* *petrefactione* *corporis* *ipsius*, *diluvio* *vniuersali* *sepulti*, *deriuare*. *Autores*, qui *nuper* *sociata* *manu* *in* *Anglia* *historiam* *vniuersalem*, *ab* *exordio* *mundi* *ad* *tempora* *nostra* *elaboratam*, *edere* *coeperunt*, *toti* *sunt* *in* *eo*, vt *cosmogoniam* *Mosaicam* *de* *forma* *terrae* *et* *systematis* *solaris* *exponant*, *ante* *quam* *ceteri* *soles* *iam* *existierint*. *Nec* *desunt*, qui, *tellurem* *olim* *existuisse* *solem*, *ex* *pyritis* *et* *filicibus* *eunt* *comprobatum*. *Mihi* *liceat* *adquiescere* *in* *sacrarum* *litterarum* *auctoritate*. *Serias* *haec* *cogitationes* *interpellare* *lubet* *figura* *saxi*, *quod* *plures* *encrinos* *continet* *et* *in* *potestate* *Serenissimae* *existit*.

CAPVT III.
De COENOBIO St. MARIAE.

Summa. §.1. *Windelgardis fundatrix.*

§.2. *OTTO III a. 973 confirmat.*

§.3. *Reliqua fata coenobii saec. X. et XI.*

§.4.5.6. *Virgines votiuae saec. XII. XIII. XIV.*

§.7. *Fata vltima et finis saec. XV.*

§. I.

Coenobio originem dedit Windelgardis, et illud honori S. Mariae consecrari iussit a. 938 per Thiethardum Episcopum Hildeshemensem. (a) In ecclesia seu templo Henricus rixosus orauit Deum, vt Ottonis Magni, fratris sui, gratiam reddere sibi dignaretur, teste Eberhardo nostro. Gerberga II ecclesiae S. Mariae domicilium maius addidit, quod XXX virginibus Benedictinis, genere excellentibus, expleuit. Praeerat eis Abbatissa, quam, canonicè a suis electam confirmare, solebat Abbatissa maioris ecclesiae. (b)

§. II.

OTTO II Imperator anno 973 coenobium hoc patrocinio suo et donis nonnullis confirmauit. Diploma sic habet:

„In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. OTTO diuina fauente clementia Imperator Augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam futurorum industria, qualiter *neptis nostra, GERBIRG* nominata. Gandershemensis Coenobii Abbatissa, quoddam ibidem monasterium, in superiore plaga CIVITATIS (c) situm, penitus a fundamento construere. in honore Sancte Marie, ob celestis gaudii spem, proponens, voluntate sanctimonialium suarum ibidem prius manentium constituit, illicque triginta sanctimoniales in diuini seruitii collegium aggregauit. Quibus uero, tam ibi manentibus, quam in posterum mansuris, uictum et uestitum procurans, quamdam proprietatem suam *Sundronhof* in pago *Gollahegewe* (d) et in comitatu *Gerungi* sitam, cum omnibus ea die ad hanc seruientibus, et omnes censuales, qui singulos solidos pro capite quisque persoluent, tam ad hoc predium, quam ad aliud, *Baldohuesheim* nuncupatum, iure pertinentes, cum omnibus suis utriusque sexus mancipiis, que iure potuit tradere, nec non omnibus rebus cuiuslibet possessionis, excepto auro coccino, ad hoc etiam et censores alii fideles in Saxonia, in loco *Ehte* (e) terram unam, quam uulgo *Seliland* (f) uocant, alteram in *Mackenrode*, et tertiam in *Abbaetischenrod* (g) in *Heringehusomarcha*, pro eius uoluntate ob animarum parentum nostrorum remedium ibidem quiescentium, nec non omnium sanctimonialium illic defunctorum, uel deinceps futurarum requie, eidem ecclesie et XXX sanctimonialibus, Deo illic et sanctissime eius genetrici, sub regula sancti Benedicti Abbatis seruientibus, in perpetuum usum cum Aduocati manu contradidit, aliamque eius proprietatem *Baldohueshem*, cum omnibus ea die ad hanc seruientibus ad illud uetus monasterium, quod primitiua est ecclesia, cum manu etiam Aduocati ea ratione contradidit, ut si aliquid ipse nouiter institute in consiliis egeant, et forte in rebus deficiant, a ueteri monasterio habeant. Quo facto, ipsa nostram aduente serenitatem, plurimumque rogante pro genitoris nostri omniumque debitorum animabus, arbitrium illis, inter se Abbatissas, quascunque communiter uoluerint, cum assensu ueteris monasterii Abbatisse, eligendi nostra potentia concessimus. Insuper etiam, pro iam dictorum parentum nostrorum requie, nostri iuris proprietatem, quantum in loco *Brumimehuson* ha-

(a) Vide supra p. 594.

(b) Supra p. 607. *MABILLON* To. III. *Annalium ordinis S. Benedicti* p. 618.

(c) Im *Neuendorfe*.

(d) Ad fluuium *Steine* in Franconia. *SCHANNATI* tradit. *Fuld.* p. 281.

(e) *Echte* pagus inter Northemium et Gaudesiam.

(f) Id est, *Terra salia*, in qua mares excluderunt feminas. *SCHANNATI* praef. ad *Bucboniam ueterem*.

(g) Vocatur nunc *Derode*. *Mackenrode* est citra et prope Northufam. Hic puto intelligi aliam eiusdem nominis villam prope *Gottingham* iuxta *Aichsfeldiam*.

habemus. et XX famili
den. *Hammerod* sitos. i
firmis. firmiterque in pe
adiciis. terris cultis et i
is et inuis. exitibus et
hae pertinentibus in con
tam monasterii sub manu
contradite. consistant.
abbiorque cunctis perp
manu propria subitus firm

Signum Domini
per

Willigifus C

Data VII Idus Jun.
Domini Ottoni

Anno 1024 Henric
nuit bonisque adiectis a
saeculo XI vitam
in coenobium *Huisebu*
Gerberga et *Magdalena*
Bodonis iunioris natae. A
sede filia.

A. 1113 excelluerunt
ioris, Comitis de *Catehr*
berti Comitis *Lutterberge*

Anno 1234 dicunt
Margareta, *Adela* et *Berth*
Hoieri et *Ludolfi*. Anno
Olga erat sanctimonialis. (c)
nuit, dein canonica maio

Anno 1305 SOPHIA
na, in *Levede* sita, bonis
videtur fuisse Abbatissa. (p
sicensi. Anno 1346 *AL*
tam eius habes in *tab. XIII*
hoies, seu homines gleba
tur etiam nonnullae, uti t
in *Hammerstein*, defuncta a
anno obiit. Anno 1359 fe
1394 incendio fuit funestus

(a) *Selen*, *Wiershusen*, *Poethu*

(b) *Grone* ad *Gottingham*.

(c) Supra p. 659. lq.

(d) *PITA Erenfridi* et *Mathildis*

(e) *CHRONICON Huseburg* p.

(f) *KETTNERI Ansig. Quedli*

(g) Supra p. 796. lq.

(h) Supra p. 804. n. 15.

(i) Supra p. 832. lq. n. 21.

(j) Supra p. 833. n. 23.

habuimus. et XX familias et totidem mansos in uillis *Sehuson. Wurothufon.* (h) *Pili-*
don. Hammingerod fitos. ad idem nouum monasterium nostra imperiali potentia conces-
 fimus. firmiterque in perpetuum usum donauimus. cum utriusque sexus mancipiis.
 edificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. filuis. aquis aquarumue decursibus.
 uuis et inuis. exitibus et redbibus. quesitis et inquirendis. et cum omnibus iuste ad-
 huc pertinentibus in comitatu *Rotwigi Comitis* fitis. eo tenore. ut hec ad eiusdem sta-
 tum monasterii sub manu Abbatisse firmiter. uti cetera res a Regibus et Imperatoribus
 contradite. consistant. Et ut hec nostra concessionis et donationis auctoritas firmior
 stabiliorque cunctis perpetim credatur. hanc cartam inscribi. *anuloque nostro signatum*
 manu propria subtus firmari curauimus.

Signum Domini Ottonis
 peratoris



inuictissimi Im-
 Augusti.

Willigifius Cancellarius uice Roberti Archicapellani subscripsi.

Data VII Idus Iun. Anno Dom. Incarnat. DCCCCLXXIII. Indict. I. anno regni
 Domini Ottonis XIII. imperii autem VI. Actum *Gruonaba* (i) feliciter Amen.

§. III.

Anno 1024 Henricus II Imperator denuo coenobium hoc insigni priuilegio confir-
 mauit bonisque adiectis auxit. (k) *IDA*, Mathildis et Ehrenfredi, Comitis Palatini filia,
 ineunte saeculo XI vitam heic degit sacram. (l) *Adelheidis*, exeunte saeculo XI, discef-
 fit in coenobium Huiseburgense nouum. (m) Anno 996 heic floruisse perhibentur *Sal-*
ome, Gerberga et Magdalena de Windhusen, Bodonis senioris filiae, ac *Anna et Iuditha*
 Bodonis iunioris natae. Anno 999 *Brunella* floruit, Heisonis et Hilmari de Kerstlinge-
 rode filia.

§. IV.

A. 1113 excelluerunt *Iohanna Eilica* et *Wunhilda* de Arzen, et *Mathilda* Diterici se-
 nioris, Comitis de Catelnburg, filia. A. 1132 claruerunt *Adela, Becka* et *Mathilda*, *Al-*
berti Comitis Lutterbergensis filiae.

§. V.

Anno 1234 dicuntur floruisse *Agnesa* de Nideck, Ottonis nigri Comitis filia, et
Margareta, Adela et Bertha, Henrici Comitis de Insula filiae, sorores Hermannii, Ottonis,
 Hoieri et Ludolfi. Anno 1264 *MATHILDIS* de *Poppenburg* erat Abbatisa, cuius soror
Oda erat sanctimonialis. (n) Anno 1277 *Elisabetha*, Comitis Hallermundani filia, flo-
 ruit, dein canonica maioris ecclesiae.

§. VI.

Anno 1305 *SOPHIA* Abbatisa permutat cum Episcopo Hildeshemenfi Sifrido bo-
 na, in Leuede sita, bonis Wetebornensibus. (o) Anno 1312 *ELISABETHA* quaedam
 uidetur fuisse Abbatisa. (p) Circa id temporis mentio fit *Mathildis*, natae ex Duce Brun-
 suicensi. Anno 1346 *ALHEIDIS* Abbatisa elocat molendinum Vorbergense. (q) Sigil-
 lum eius habes in *tab. XIII. fig. 19.* Capitulum Embeccense cum ea permutat nonnullos
 litones, seu homines glebae adscriptos. (r) Virgines uotiuae eo saeculo commemoran-
 tur etiam nonnullae, uti *Beata de Luthorste* ad. a. 1320. filia Alberti militis: *Lutgardis*
de Hammerstein, defuncta a. 1350. *Beata de Heppenhusen*, filia Diterici, quae eodem
 anno obiit. Anno 1359 femina bubulci quatuor vno partu liberos enixa est. Annus
 1394 incendio fuit funestus, mature extincto.

§. VII.

(h) *Sesca, Wiershusen, Polethe, Helmscherode,*

(i) *Grona* ad Gottingam.

(k) Supra p. 659. sq.

(l) *VITA Erenfridi et Mathildis* p. 316. To. I. Leibn.

(m) *CHRONICON Huiseburg* p. 534. To. II. Meibom.

(n) *KETTNERI Antiqq. Quedlinburg.* p. 340. sq. Supra p. 781.

(o) Supra p. 796. sq.

(p) Supra p. 801. n. 15.

(q) Supra p. 832. sq. n. 21.

(r) Supra p. 833. n. 23.

§. VII.

Anno 1438 *ELISABETA* Abbatissa legatum obtulit facello Simonis et Iudae. Anno 1486 obiit *ELISABETA Leinmannia*. Successit *MARGARETA Dervedden*, quam Agnesa Anhaltina a. 1488 mense Iunio confirmavit. (s) Anno 1504 Abbatissa erat *AGNESA de Roringen*, *Anna de Spaden* Priorissa et *DOROTHEA Wolderffen* custos. Postrema harum fuit a. 1549 Abbatissa, Agnesae figillum exhibetur in *tab. XIII. fig. 19.* Anno 1570 *MARGARETA Fischeria*, Brunsvicensis, Abbatissa, coenobium tradidit paedagogio Gandershemensi. Diploma Ducis *IVLII* in *Vita Magdalenae Abbatissae* supeditavit. Anno 1593. 20 Aug. Abbatissa *ANNA ERICA* in illam traditionem consentit. Coenobii aedificia diuersis incendiis absumta periere. Sic nihil constantius est ipsa inconstantia! Dedissem plura, si precibus meis, Helmstadium misis, fuisset locus datus. Constituerat quondam *IOANNES ANDREAS SCHMIDIVS* D. edere libellum de hoc coenobio. Sed mors conatus ipso occupavit. Instituerat denuo D. *POLYCARPVS LEYSERVS* ei telae manum admouere. Sed et hunc fata praematura praeripuerunt. Siqua igitur superfit supellex de hoc coenobio diplomatica, eam tempore suo editum iri speramus, siquidem indoles saeculi nostri ad historiam patriam excolendam omni diligentia defudat.

CAPVT IV.

De Coenobio Franciscano eiusque in Paedagogium conuersione.

- Summa. §. 1. *Origo et fundatio ac ruina coenobii Franciscani.*
 §. 2. *Eius conuersio in Paedagogium.*
 §. 3. *Paedagogii metamorphosis in Academiam Helmstadiensem.*
 §. 4. *Consilium Erasmi Ebneri de sumptibus, Paedagogio supeditandis.*

§. I.

Henicus senior anno 1510 intra muros Gandershemii coenobium, quod vsui Franciscanorum inferuaret, instruxit, Monachosque arcescivit, qui illud incolerent atque cultui diuino addicent. Simulac hospites noui accesserant, lites seuerunt ipsi cum Canonicis, quibuscum sacra in templo collegiato celebrare nitentur. Compactum dedi supra, quo Dux Henricus ac Abbatissa limites Monachis posuerunt. *ANDREAS*, filius Henrici iunioris ex Maria vxore septimus, anno 1517 in choro coenobialis templi est sepultus eiusque ossa a. 1722 ex parte superfuerunt. Locum vocant incolae *das Closter*. Pater *Aegidius Sauermage*, historicus sui aevi excellentissimus, ac ceteri Monachi anno 1542 a foederatis Smalcaldicis expulsi sunt. Anno 1549 coepit Henricus iunior redux locum instaurare Monachosque reuocare. Anno 1552 Comes Mansfeldicus, *VOLRADVS*, coenobium hoc destruxit et ruinis inuoluit.

§. II.

Dux piissimus *IVLIVS* a. 1568 habenas regiminis capessuit ac nil prius habuit, quam vt prouentus coenobiorum Gandershemensium paedagogio nouo seu Academiae applicaret, veritus, ne pestem ac noxam terris suis contraheret per desidiam et imperitiam (*) eorum, qui latine canerent legerentque, ac de cetero nec Deo nec hominibus seruirent. Mentem suam litteris consignauit Dux ad omnem aetatem inclitissimus in *Ordinatione* (a) sua ecclesiastica, anno 1569 iuris publici facta. *Paedagogium* eodem anno in locum deuastati coenobii successit. Pro acroaterio addita fuit sedes domicilii, quod a conditore adpellatur *Wilhelmi castellum*. Inaugurationi, quae in annum 1571. 19 Mart. incidit, interfuit ipse *DUX IVLIVS* cum suo iuuentutis Principe *HENRICO IVLIO*, Episcopo Halberstadii postulato, et consiliariorum Abbatumque panegyri amplissima. Orationem auspicalem habuit D. *NICOLAUS SELNECCERVS*, per Ducatum Brunsvicensis Superintendentens, qui cathedrae nouae tanquam symbolum inscribi voluit, vt in oratione significat, hoc distichon:

Iulius haec aperit pia sacris ocia Musis.

Christe, nouae rector sis manesque Scholae.

Summa

(s) *HÄHNII Collect. inedit. To. I. p. 197. 19.*

(*) Anno 1570. Sept. hoc Martinus Chemnitius distincte ostendit in oratione sacra, quam in aede cathedrali haec habuit. Prodiit ipsa 1573. 4. Confer potissimum caput quintum,

(a) Pag. 303. Catalogi lectionum pro diuersis classibus sequuntur p. 302, 303.

Summa orationis comple
 testamenti. At, quod
 quadrant. Ex histo
 heic adparent. Qua
 dicitur fuit adtributa.
 ia sunt dignae. Deinde
 dicitur dignitate recitau
 Coecae linguae, verba
 Principis ac Ducatus prou
 mensi Septembri Henric
 notum inscribitur: Paeda

Quum vero controu
 us in *Vita Magdalenae* re
 dagium in Academiam
 1575. 9 Maii ab Imperator
 1576. 15 Oct. vidit. I
 duct Brunsvicensis, Capit
 tendenti generali, pra
 Quam egregie huic l
 naps consuetudine est re
 eos ne vnus quidem se

Consilium Erasmi Eb
 bibliotheca fautoris nostri,

Nachdem der Durchlauc
 zu Braunschweig un
 Erasmo Ebnern in Gnade
 Mittel und Wege trachte
 ten Paedagogio zu Gan
 chen Ufnahme kommer
 hen S. F. G. Begehren t
 sondern auch soviel ich t
 genden puncten begriffe
 Und Erstlich befinde
 Unkosten trage 1200 Thl
 wachen Paedagogio an l
 tribution der Clöster des l
 Paedagogium dieser Zeit g
 haben vertröset der Herr
 Zuse 25 Thaler.

Item der Hildesheimi
 ten Fritz von der Schuler
 zuhalten, damit Sie ihre
 Hierüber hat das Stil
 1000 Reinsche Goldt. So m
 bedediget ein mehrer Cont
 Derohalben S. F. G. in
 ten, damit solche Schult dur
 ig gemacht werden mögte
 Nachdem auch ohndas
 lineburgischen Fürsten &c
 über diesen Schein die Con

(s) Henricus Stroband, Consul e
 titulo *Institutionis literatae*
 classis, leges. Vide Dan, d

Summa orationis complectitur historiam scholarum ex V. I. et historia ecclesiastica novi testamenti. At, quod res ipsa docet, documenta, e V. T. petita, ad scopum plane non quadrant. Ex historia N. T. vitae Patrum quinque saeculorum primorum succintae heic adparent. Qua de causa orationi huic postea inscriptio *de praecipuis ecclesiae Doctoribus* fuit adtributa. Tum *Leges scholasticae* sunt praelectae, quae omnino memoria sunt dignae. Deinde M. ADAMVS BYSSANDER, Rector Paedagogii noui, *de Scholarum dignitate* recitauit orationem. Tandem M. ESAIAS PREISERVS, Professor Graecae linguae, verba de studio Graecae linguae fecit ad 12 Aprilis, in conspectu summi Principis ac Ducatus procerum. Haec singula continentur in libello, qui eodem anno mense Septembri Henricopoli ad Wolfferbitum formis publicis descriptus est ac hunc in modum inscribitur: *Paedagogii illustris Gandersheimii inauguratio, constitutio, classes, leges.* (b)

§. III.

Quum vero controuersis quamplurimis optimum Principis studium exagitaretur, quas in *Vita Magdalенаe* recensui, coenobiique sedes esset vda coenoque lubrica, paedagogium in Academiam Helmstadiensem fuit conuersum, quae, priuilegiis eo fine a. 1575. 9 Maii ab Imperatore Maximiliano II impetratis, initiationem perquam solemnem a. 1576. 15 Oct. vidit. Locum coenobii vacuefactum a. 1599 HENRICVS IVLIVS, Dux Brunsvicensis, Capitulo eum in finem tradidit, vt domicilium ibi strueretur Superintendenti generali, praeceptoribus Lycei, aedituis et pulsatoribus organi pneumatici. Quam egregie huic legi fuerit satisfactum, aetas praefens loquitur, in qua nihil magis consuetudine est receptum, quam vt de domicilio Rectorali post sesquicentum annos ne vnus quidem serio cogitet. &c. &c.

§. IV.

Consilium Erasmi Ebneri, de sumtibus paedagogio suppeditandis, dabimus ex bibliotheca fautoris nostri, pl. reverendi Iusti Martini Glaeseneri:

Nachdem der Durchlauchtiger, Hochgebohrner Fürst und Herr, Herr Iulius Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg &c. Mein gnädiger Fürst und Herr, von mir Erasmo Ebner in Gnaden begehret; Ich S. F. G. zu unterthänigen Gehorsam, uf Mittel und Wege trachten, und gedenccken wolte, wie etwa S. F. G. Neu ufgerichteten Paedagogio zu Gandersheim entlich zu helfen, damit es zu einer gewissen jährlichen Ufnahme kommen und gedeyen mögte; Als habe ich derowegen mich solchen S. F. G. Begehren unterthänige Folge zu leisten nicht allein schuldig erkandt, Sondern auch soviel ich nach meinen Verstande bey mir befinden können, in nachfolgenden puncten begriffen.

Und Erstlich befinde ich das Marien-Closter zum geringsten alle Jahr über alle Unkosten trage 1200 Thlr. So geben S. F. G. von den Fünff Tausend Thaler zu gedachten Paedagogio an jährlichen Zinsen 250 Thaler. Desgleichen trägt die Contribution der Clöster des Jahrs in die 540 Thaler. Daraus also zu erscheinen, das das Paedagogium dieser Zeit gerne in die 2000 Thaler jährlich Ufkünfften hat. Zu dem haben vertröstet der Herr Cantzler, Ioachim Mynsiger von Frunderck &c. jährlicher Zinse 25 Thaler.

Item der Hildesheimische Cantzler L. Mutzeltin alle Jahr 20 Thaler. Desgleichen Fritz von der Schulenburg jährliches 50 Thlr. Ist derowegen bey demselbigen anzuhalten, damit Sie ihren Vertröstungen nachsetzen mögen.

Hierüber hat das Stiff St. Blasii an alten Schulden dem Paedagogio übergeben 1050 Reinsche Goltfl. So mögten auch von etzlichen Clöstern, do die ihrer alten Schuldt befriediget ein mehrer Contribution zu erlangen seyn.

Derohalben S. F. G. in Unterthänigkeit zu ersuchen, das S. F. G. befürdern wolten, damit solche Schult durch die Landtschafft zum forderlichsten liquidiret und richtig gemacht werden mögte.

Nachdem auch ohndas der beyden Stiffcer S. Blasii und Cyriaci halber mit den Lüneburgischen Fürsten &c. muß gehandelt werden, und aber beyde Stiffe sich allein vnter diesen Schein die Contribution weigern, Als das Sie ohne Bewilligung derer von

(b) Henricus Stroband, Consul et Scholarcha Torunensis, vir literatus, collegit libros de Institutione sub titulo *Institutionis literatae*. Tomo III occurrit *Paedagogii Gandersheimii inauguratio, constitutio, classes, leges*. Vide *Dan, MORHOFII Poly-bist. L. II. c. 2. p. 335.*

von Lüneburch &c. und anderer Braunschweigischen Herren solches nicht thun dürfen; Were mit allen Herrn dahin zu handeln, das beyde Stifte jährlich eine mehrere Handreichung darzu thun mögten.

Dieweil auch des Closters Egidii halber, damit desselben Güter wieder zusammen gebracht würden, Handlung fürgenommen werden muß; Als mögten die Sachen auch dahin befördert werden, das von demselben Closter auch eine jährliche Contribution, wie von andern Clöstern, gereicht würde.

So kann auch mit der Zeit uf Erledigung etzlicher Canonicaten und Pfrunden des Stiffts Gandersheim das paedagogium etzlichermassen gebessert werden.

Zu dem haben auch Johann Alberti Canonici zu Einbeck Testamentarii an die Kirchen-Rächte gelangen lassen, nachdem bemeldten Johann Alberti in seinem Testament 1000 Goldfl. die ihm uf die Stadt Stolberg, und etzlichen Amten genugsam verschrieben seindt, verordnet, das von denselben Zinsen jährlich zweyen Studiosi zu Erfurdt solten erhalten werden, und aber sie dieser Zeit zu keiner Bezahlung der Zinse, oder Haupt-Summen hommen können, Als weren sie erböttig, do S. F. G. mit dem Graffen zu Stolberg in einen Kauffe oder andern Contract stünde, und also dieser Summen richtig machen könnten, dieselben uf das Paedagogium zu Gandersheim zuwenden. Do sichs nun dergleichen Handlung zwischen S. F. G. und wohlgedachten Graffen zutragen würden, Solte bey S. F. G. Anregung geschehen, ob dieselben uf solche Wege etwas erhalten könnten, welches so es geschehe, were das paedagogium auch um ein 1000. Goldfl. gebessert. Da auch die Irrungen, so sich des Closters Kemnaden halber erhalten, richtig gemacht werden mögten; so wäre zu verhoffen, es mögte dem Paedagogio daselbstn auch noch eine jährliche Hülffe geschehen.

Ob nun wol zu hoffen, do in allen oberzehnten Stücken guter Fleiß fürgewandt würde, es solte dem Paedagogio daraus nicht ein geringer Zugang erfolgen; So könnte ihm doch noch vielmehr und beständiger geholfen werden, da der Closterhoff Grauenhoff darzu möchte geleyet werden; Dann dieweil der Oerter kein Gebäu, das zu Schulen oder Kirchen tuglich; So könnte solcher Hoff durch einen Verwalter versehen, und wie ichs überschlagen, dem Paedagogio über alle Unkosten des Haushaltens, auch der Dienst und Land Schatzes, jährlichen in die 1200 Thlr. erfolgen; Doch wäre in dem Fall des alten verlebten Mannes, des Probstes, bey seinen Leben zu versehen,

Nachdem aber zu vermuthen, das er nicht allein unvermögenheit haben dem Kloster nicht lang mehr fürstehen könne, sonder viel ehr der Todt, denn langes Leben bey ihm zu gewarten; so mögte man diesen Fröling füruber gehen lassen, und uf Ostern darin endlich schliessen, wie es damit letztlich soll gehalten werden &c.

Dieweil jedann durch obbeschriebene Wege dem Paedagogio Ihr aufs wenigste soviel zugehen würde, das es jährlich in die 4000 Thaler tragen mögte; So könnten jährlichs duppelt so viel Scholastici erhalten werden, und hielte dafür, das solchs alles ohn meiniglgs Nachtheil gar leichtlich erfolgen, und gemeinen Nutz in viel wege zum besten gereichen könnte &c.

CAPVT V.

De Templo Gandershemensi collegiato.

§. I.

Quum *Brunteshusa* angustior esset, quam vt collegium sororum votuarum ac aptitudinem futuram capere posset, Ludolfus animum ad aedem sacram alibi exstruendam adpult. Ignes nocturni, pro ostento coelesti habiti, ostenderunt credulis locum, vbi ad annem Gandae superest in hunc diem Gandershemium. Obiit inter adparatus aedificiorum nouorum Ludolfus a. 875 et opus inchoatum transmisit ad Odam vxorem filiosque Ottonem ac Brunonem, qui coronidem destinationi paternae imposuerunt. Secuta est inauguratio solemnitas a. 880 in die omnium sanctorum. Praesidente Gerberga secunda, incendium funestum a. 973 coenobium combusit et templo adiecto plurimas intulit noxas. Eadem Gerberga reaedificauit sedem coenobii, ac aedem diuinam refecit. De iure dedicandi certarunt Archiepiscopus Moguntinus Willegisus et Berwardus Episcopus Hildesienfis. Inauguratio in annum 1007 protracta,

in-

me in 28 April. qui tu
Ardeida II, flamma fe
abbatissa, quantum
Tem combusta est ec
et elheida IV Gandel
coam a quinque Epil
a 17 incendio nouo se
suoc in vita Annae E
Ebetha Brunsvicensis
nc. Ornamenta temp
VESTINAE ANTO.
epi ala altera fuit dele
existebant Canonici
Arctis Missas habere et
net loci cantilenarum
Capitulo morem t
uere peculiare, et bo
tint a conditoribus et
ne possessionis, et ab
itar altaris illis recent
uicis quadre quam in
liquias et fundationes a

Altare S. Nicolai in
quam Arnulfus Caesar, a
haec Ludovici V Infans
hu. Dici non pceft, qua
trouerint, Ann 1324 in
Andreas, Archiepiscopus
munt et concesserun Er

Vniuersis Christi fidibus
Archiepiscopus Ant
Cenetenfis, Guillus Sax
piscopi, salutem a Domi
cum illuminat ineffabili
operantium, tunc precip
pro reuerentia Sancte Cruci
aduatur. Cupientes ig
Gandershemensis Hildesem
que ibidem a fidei popul
bus frequentetur et a Ch
et confessis, qui ad altar
uentionis et Exaltationis i
Martini Episcoporum, et
nis, deuotionis peregrin
situatibus et festis ac de
az missarum solempnis, t
singulisque diebus Veneris.
predictam celebrandis hum
mento, vel extra, eidem a
se qui ad luminaria, ornan
porrexerint adiutrices, qu
omnipotentis Dei misericor

(a) Supra p. 651.

(b) Supra p. 696.

(c) Supra p. 717.

incij in 28 April. qui tunc resurrectioni sospitatoris optimi sacer erat. (a) Regente Adalberto II, flamma feralis denuo coenobium aedemque ei adiunctum hausit. Restituit Abbatisa, quantum potuit, et monasterium exeunte saeculo XI dedicari fecit. (b) Tempus combusta est ecclesia Gandershemensis, Hermannus Episcopus Hildesimensis et Adelheid IV Gandershae praesidente. Reaedificauit Abbatisa, quam plurima, et ecclesiam a quinque Episcopis consecrandam curauit circa annum 1172. (c) Tandem a. 1177 incendio nouo sedes Abbatisae conflagrauit templumque mansit intactum. Fusioc in vita Annae Ericae exposui. Organon Musicum pneumaticum condi iussit Elbetha Brunswicensis a. 1580. Altare summum Decana Maria Elisabetha a. 1711 donauit. Ornamenta templi pleraque referenda sunt ad incomparabilem ELISABETHAE ENESTINAE ANTONIAE pietatem, cuius auspiciis sedes bibliothecae etiam in templi ala altera fuit delecta. Sedilia Canonicorum XII facta sunt anno 1532. tot enim tunc existebant Canonici. Quum numerus ille duodenarius sensim imminueretur, et Aristis Missas habere et praelegere amplius non liceret, additi sunt Canonici adiutores socii cantilenarum et canonicarum, videlicet illi, qui Altaristis successerant. Altaristae Capitulo morem haud gesserunt; sed separatam coluerunt societatem, sigillum tuere peculiare, et bona possederunt a bonis Capitulo prorsus distincta. Denominati sunt a conditoribus et patronis sacellorum ac altarium: confirmati ab Abbatisa ratione possessionis, et ab Episcopo ratione doctrinae ac religiosorum rituum. Insuper igitur altaristae illis recentior aetas nomen Vicariorum indidit, quod re ipsa magis in Canonicos quadra quam in Altaristas. Vt autem intelligamus, originem Altaristarum, reliquias et fundationes altarium ipsorum, vterius est procedendum.

§. II.

Altare S. Nicolai in crypta, quondam erat famosum reliquia crucis dominicae, quam Arnulfus Caesar, a Pontifice Formoso acceptam, huc transtulerat. Addidit post haec Ludouicus V Infans, et Conradus I Rex idem, nouas crucis eiusdem particulas. Dicitur non potest, quantam fiduciam fragminibus illis opinionem sanctitatis vniuersi adtribuerint. Anno 1324 indulgentiam peccatorum eis, qui hoc altare visitaturi forent, Andreas, Archiepiscopus Antiberensis, et Otto, Episcopus Hildeshemensis, promiserunt et concesserunt. En diploma:

Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis. Misericordiae diuinae Andreas Archiepiscopus Antiberensis Gregorius Feltrensis, Vitalis Adiacensis, Franciscus Cenetensis, Guillus Saouonensis, Robertus Connerensis, et Nicolaus Dirinastensis, Episcopi, salutem a Domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsius elementissima maiestate sperantium, tunc precibus benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas pro reuerentia Sanctae Crucis per eos exhibita ac alias ex sanctorum meritis et precibus adiuuatur. Cupientes igitur, ut altare sancti Nicolai situm in crypta secularis ecclesiae Gandershemensis Hildeshemensis Dioec. ac sancta et benedicta crux apud idem altare constituta, que ibidem a fidei populo in speciali habetur reuerentia, eo magis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur. omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad altare et sanctam crucem predictas in singulis festiuitatibus Inuentionis et Exaltationis ipsius sanctae Crucis, ac festis sanctorum predicti Nicolai et Martini Episcoporum, et in dedicatione ipsius Altaris, nec non singulis diebus Veneris, deuotionis peregrinationis vel orationis causa accesserint, siue qui in singulis festiuitatibus et festis ac dedicatione predictis vespere et completorium officii ac missarum solemnibus, nec non singulis diebus, locis, vespere, et completorii, singulisque diebus Veneris, Missis in dicto Altari seu apud ipsum et sanctam Crucem predictam celebrandis humiliter interfuerint, aut qui in extremis laborantes in testamento, vel extra, eidem altari vel cruci quicquam suarum legauerint facultatum, siue qui ad luminaria, ornamenta, aut alia, altari et cruci predictis necessaria, manus porrexerint adiutrices, quotiens premissa aut premissorum aliquod fecerint, nos de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, autoritate

(a) Supra p. 651.

(b) Supra p. 691.

(c) Supra p. 717.

„ritate confisi, singuli nostrorum singulas dierum quadragenas de iniunctis eis poiten-
 „tiis in Domino misericorditer relaxamus. dummodo *Diocesani uoluntas ad id accerit et*
 „consensus. In quorum omnium testimonium singulorum nostrorum sigilla presertibus
 „sunt appensa.

„Dat. Avinione sanctissimo in Christo Patre Domino Iohanne Papa XXI tunc
 „ibidem cum sua curia residente. Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo
 „quarto, Indict. VI, VII, Id. Aprilis.“

(*Sigilla septem, Archiepiscopi et Episcoporum heic ex filis seceis,*
colore rubro, dependent.)

„S. OTTONIS Episcopi Hildesemeni loci Diocesani.

„Nos OTTO Dei gratia Hildesemenis ecclesie Episcopus presentis tenoris gratamra-
 „tam, confirmatam habentes eam, cum simili quadraginta dierum indulgentiam
 „toritate ordinandi presentibus in nomine Domini confirmamus. In cuius rei testimo-
 „nium, nostrum sigillum apponi fecimus huic scripto. Act. anno Domini Mo. CC.
 „XXIII^o. IX Kal. Iulii.“

Otto Illustris, Dux Saxoniae, filius Ludolfi, hoc altare instituit eique redditus applicuit largissimos. Dicitur prouentum huius beneficii complexus in chartis antiquis *Praebenda Ducis*, Masculi Ottonis successores semper denominarunt, et commendarunt confirmationi Abbatissarum, eos, qui huius *Praebendas* fructus perceperunt. Ante altare Nicolai sepulti sunt: 1) Otto illustris, fundator. 2) Henricus seu Hezilo Dux Bauariae. 3) Elisabetha Stolbergica, vidua Wilhelmi iunioris, Ducis Brunsvicensis 4) Abbatissa nonnullae Evangelicae, e. g. Catharina Elisabetha, et Maria Sabina aequae Decana Isabella de Zinzendorf. In altari quondam adponebatur vitrum, in quo latex ruber concretus adparebat, quem pro sanguine Christi plebs reputare consueverat. Intra altare reconditae erant multae sanctorum reliquiae, quae una cum altari ipso fuerant dedicatae solemniter et consecratae.

§. III.

Altare et sacellum S. Stephani ad dextram cryptae ostentant effigiem Ludolfi, cenotaphio incumbentem, sub qua adseruantur ossa Ducis Ludolfi à vna ahenea. Reliquias Stephani ibi exstitisse, non est dubium. Dies dedicati altaris quotannis celebratus. Anno 1299 Fridericus Ranutius Archi-Episcopus Calateris, Adolphus Cusanus Archiepiscopus, frater Basilius Hierosolymitanus, Armenorum Archiepiscopi, ac Episcopi hi, videlicet Marculphus, Landolphus Ferentinus, Manfredus S. Marci, frater Tuerlanus Tertibulensis, Rogerus Esculanus, Nicolaus Caesariensis, frater Iacobus Caluidonensis, indulgentiam concesserunt eis, qui ad altare S. Stephani vere poenitentes, confessi et venerabundi accesserint, in die Stephano sacra, ac diebus Natiuitatis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis et Pentecostes Christi, porro in diebus natiuitatis, annuntiationis, purificationis ac assumptioni beatae Mariae virginis, ac Beatorum Petri et Pauli ceterorumque omnium Apostolorum Iohannis Baptistae et Evangelistae, Innocentii et Anastasii, Mariae Magdaleneae et Katarinae Virginis, omnium Sanctorum et in die dedicati altaris. Indulgentiae huius effectum auctores illi sponderunt eis quoque, qui presbyterum, Venerabilem sacramenti panem ad aegrotos deferentem, comitati fuerint. Altare S. Stephani recentius a. 1550 a suffraganeo Halberstadeni, Iohanne, fuit inauguratum. Ecclesiastes templi collegiati semper percepit redditus, ad altare S. Stephani adfixos. Anno 1421 obiit Hermannus Danclevessanus, parochus S. Stephani in aede monasterii Gandershemensis. A. 1430 Thidericus Schaper fuit Pastor S. Stephani. (*) A. 1491 occurrit Hermannus de Dassel Canonicus. A. 1596 Tilemannus Dohnius possedit altare S. Stephani eiusque redditus. In sacello S. Stephani quondam exstiterunt versus de donatione Henrici, Ducis Bauariae, quos alibi adtuli.

§. IV.

Altare S. Iohannis attingit aram Stephani ad occasum. Fundarunt illud nobiles domini de Vreden, quorum insigne in centro arcuationis superioris adhuc existat. Ex illa gente sepultos ibi esse nonnullos, memoriae proditum accepimus. A Vredii ius denominandi Altaristae peruenit ad Vslarios, quos Abbatissa Gertrudis a. 1530 sacello

(*) Conter p. 906, sq. n. 3.

hoc

hoc infeudavit. Ab his
 nos heic multis fuit inui

Altare S. Bartholomaei
 bechtessen, Canonic
 imauit Iuditha Abbatiss
 prope Seboldeshusen e
 quit semimanum in V
 1370. 27 Oct. legarunt
 ina austrialia, situm. I

Altare Petri et Pauli
 Hele. Agnesa Abbatiss
 miltica in Wolperode c

Altare S. Iohannis E
 mpus quoddam sepultu
 huseyfr, quam primo te
 te Hardenbergiorum C
 nannus Schaper, curat
 terunt, qui Canonicum
 icus ac Isapar, fratres e
 ne, ipsi inuitis, vllam
 sam, octo talenta quotan
 Engela, der Schulhof, adl

Altare S. Sebastiani et
 10 1446 Abbatissa et Can
 dem altaria S. Hieronymi
 num spectabant duo man

Altare S. Antonii a. 1
 sacello fundatum fuit. I
 commemorat. Sacellum
 bershemenses olim fuisse
 legebatur: Arnoldus de
 eius fuisse Canonici.

Altare S. Andreae rec
 dam sancita, vt cantum

Altare S. Mariae seu sa
 rorum Christinae et Mar
 toratui sunt innexi.

Altare S. Crucis, ad a
 et liberalitate Hermanni V
 hebdomadibus praelegere
 cada, et pro defunctis te

Altare sanguinis Christi (C
 truit. Condidit illud a. 13

(a) Supra p. 83. sq. n. 25.

(b) Legavit conditor utique S.

(c) Dicebatur quoque: Nos ante
 clam redemat. Sanguis C
 p. 67. To. III. Meuck.

hoc infeudauit. Ab hisce subinfeudati sunt Probstii, quorum potentia per centum annos heic multis fuit inuisa; nec minus compluribus saluberrima.

§. V.

Altare S. Bartholomaei, instituit et vna cum sacello exstruxit Henricus, nobilis de Sebechtessen, Canonicus et Missalis sacerdos Gandershemensis, qui obiit a. 1340. Confirmauit Iuditha Abbatisa (a) fundationem a. 1349. Spectat ad illud ab a. 1377 mansus prope Seboldeshusen et area in Neudorfe. Didericus Vurwinckel a. 1344 ad illud legauit semimansum in Wrescherode. Ludolfus, Henricus et Bartoldus de Oldershusen a. 1370. 29 Oct. legarunt pratum, ante portam a patibulo dictam et ptochodochei confinia australia, situm. Primariatus hoc beneficium fuit adiunctum.

§. VI.

Altare Petri et Pauli originem cepit per beneficentiam nobilium Dominorum de Plesse. Agnesa Abbatisa ad illud legauit a. 1432 marcam argenti. Adhaeret ei villa censitica in Wolperode cum XII iugeribus in Wadenberge.

§. VII.

Altare S. Iohannis Evangelistae, ab Abbatisa Mathilde II fundatum, inseruit per tempus quoddam sepulturis Butneriorum. Adhaeret ei praeter alia *Commenda Angersteinensis*, quam primo tenuerunt nobiles, ab *Hardenberge* dicti, et dein ex constitutione *Hardenbergiorum* Canonicus Northensis. Anno 1534 Bartoldus Stein et Tilemannus Schaper, curatores Abbatiae, querelas ad Henricum iuniorem eo nomine detulerunt, qui Canonicum Nortensem iussit sigilla et litteras ea propter reddere. At Henricus ac Iaspar, fratres de Hardenberge, imperarunt Henrico Bulle Canonico Nortensi, ne, ipsis inuitis, vllam litteram proferret Gandershemense traderet, interferentes causam, octo talenta quotannis dari Altaristae S. Iohannis a Canonico Nortensi. Villa in *Engela*, der *Schulhof*, adhaeret huic altari ex prima fundatione.

§. VIII.

Altare S. Sebastiani et Primitiui inter turres templi in Paradiso conspicuum fuit. Anno 1446 Abbatisa et Canonicae beneficium insigne ei adiunxerunt. Exstiterunt ibidem altaria S. Hieronymi, S. Mariae, S. Annae, S. Mariae Magdalenae. Ad postremum spectabant duo mansi iuxta *Sellenstede* fiti, quos *Ruschenplatii* tandem obtinuerunt.

§. IX.

Altare S. Antonii a. 1452 ab Arnolfo seniori ac iuniori, de *Roringen* dictis, vna cum sacello fundatum fuit. Insigne eorum, fornici incisum extrinsecus, fundationem (b) commemorat. Sacellum in inscriptione dicitur *Capella*. Vnde patet, Canonicos Gandershemenses olim fuisse *Altaristas*, siquidem *Capellani* vocabantur. In fenestra olim legebatur: *Arnoldus de Roringen Vicarius Gandersheimensis*. Nostrae aetatis stilo dicens fuisse *Canonicus*.

§. X.

Altare S. Andreae redditibus gaudet, quos Senior Canonicorum percipit ex lege quondam sancita, vt cantum canonicum moderetur et inchoet.

§. XI.

Altare S. Mariae seu saxi ampli conspicuum est insignibus ac epitaphiis Abbatissarum sororum Christinae et Mariae Elisabethae. Reditus, ex *Garlesen* prouenientes, Rectoratui sunt innexi.

§. XII.

Altare S. Crucis, ad adscensum chori a sinistra ad columnam, primordia accepit ex liberalitate *Hermanni Wellgis*, sacerdotis Gandershemensis a. 1488, vt singulis hebdomadibus praelegerentur ibi a presbytero tres Missae, vna de *cruce*, pro viuis secunda, et pro defunctis tertia.

§. XIII.

Altare sanguinis Christi (*) exstitit, vbi nunc altare minus sermonibus matutinis inseruit. Condidit illud a. 1350 Iuditha Abbatisa. Diploma habes supra p. 836. n. 33.

Vu uu uu uu uu 3

Con-

(a) Supra p. 833. sq. n. 25.

(b) Legauit conditor vterque S. Antonio villam in Opperhusen, quae collegis Scholae olim fuit tradita.

(*) Dicebatur quoque: *Nos autem*. Adhaeret ei Abbatialis villa in Alten Gandershem, quam Abbatisa quondam redemit. Sanguis Christi dicitur ineunte saeculo IX Mantuae inuentus. ANONYMVS SAXO p. 67. To. III. Menck.

Consecratio debetur Iohanni Episcopo. Nam sepulchro reliquiarum, arae indito, scheda inerat, quae sic habet: Anno domini 1550 die 24 mensis Nou. ego Iohannes Episcopus Tripolitanus et suffraganeus Halberstadensis consecraui ecclesiam (b) et altare hoc in honorem sacrosancti sanguinis Domini nostri Iesu Christi et sancti Iohannis Baptiste et reliquias beatorum decem milium martirum, de ligno Domini, Caesarii et Felicis et aliorum sanctorum, in eo inclusi singulis Christi fidelibus hodie unum annum et in die anniuersario consecrationis huiusmodi ipsam uisitantibus XI dies de vera indulgentia in forma ecclesie consueta concedens.

§. XIV.

Altare summum in templi choro interiori ad primordia foundationis referendum est. Vicissitudines vero nonnullae heic contigerunt. Praesidente Adelheida IV, templum et altaria conflagrarunt. Raedificari iussit eadem Abbatissa templum et altare. Dedicationem peregit Hermannus Episcopus Hildesheimensis. CHRONICON HILDESHEMENSE (c) de eo praeter alia: Gandershemensem Ecclesiam, incendio depravatam, sed studio ATHELEIDIS Abbatissae reparatam, Hartwico venerabili Bremensis Ecclesiae Archiepiscopo multisque aliis Episcopis cooperantibus, solemniter dedicauit. Quod ipse nominatim altare etiam consecrauerit, patescit ex sigillo eius, quod in sepulchro reliquiarum huius altaris repertum fuit. Anno 1550, 24 Nou. denuo Iohannes Episcopus Tripolitanus et suffraganeus Halberstadensis hoc altare dedicauit et ab usu sacrorum Lutheranorum repurgatum uoluit, adiectis indulgentiarum litteris, quae uere poenitentibus et confessis, hoc altare lufrantibus, uenia peccatorum ad 40 dies promittitur.

§. XV.

Abundauit hoc templum reliquiis quamplurimis. Ossa Anastasii ac Innocentii, (*) a Sergio Papa accepta, Ludolfus Brunshufam deportauit, unde huc sunt translata. Corpus Innocentii totum in Saxoniam esse delatum, auctor est Albericus. (d) Dereliquiis S. Anastasii supra actum. (e) Sergius hisce addidit reliquias Domini ac Saluatoris nostri sanctaeque eius genetricis Mariae atque XII Apostolorum. Exitat pars tunicae Christi, (f) sanguinis et crucis Christi, arundo, qua (**) caput eius fertur quassatum: ossaque perexigua, quae tribuuntur Matthaeo, Petro, Marco, Mariae, Bartholomaeo, Andrae, sacrarum XI mille virginum. Sanguis quoque ostentatur Iohannis Baptistae et Pauli Apostoli. Reliquiis hisce addo caput Lulli quondam Archiepiscopi Moguntini, (g) caput Thomae Apostoli, particulam ossis ex corpore S. Andrae, fragmentum spondae, in qua dormiuit B. Maria atque obiit, paullulum terrae de sepulchro Christi, os exiguum ex corpore Pauli Apostoli, partem exiguam baculi Moysi, radium ex uultu eius corruscante, corpus Primitiui integrum, ossa et cineres corporum Pancratii, Hypolithi, Siluestri, Mariani, Cornelli et Cypriani, Laurentii, Bonifacii, Ambrosii, Petronellae, Barbarae, Caeciliae, X militum martirum, S. Mauricii et sororum, Crispini et Crispiniani, S. Florini Martyris, Artemiae et Onesiae Victricis virginis, S. Tyburtii et Valeriani Martyris, S. Nicolai Confessoris, Caesarii Martyris, Felicis, Benedicti Abbatissae, Agathae virginis, S. Willehadi, S. Seruati Episcopi, Ambrosii, Theodori Martyris, S. Aerae virginis, S. Alexandri M. Cyriaci M. Primi et Feliciani, S. Gregorii Papae, S. Cosmae et Damiani, S. Fabiani Episcopi, Scribonii Martyris, Ianuarii, S. Basili, S. Georgii, Nicomedis, Urbani, Luciae, Vincentiae: partem sepulchri Lazari: ossa S. Remigii martyris, Stephani protomartyris, S. Augustini, Gorgonii, Vincentii Martyris, Alexandri Martyris. Et quis singulos recensere (h) potest? quis tot patronis resistere ualet? Petiit a. 1685, 25 Maii DOROTHEA HEDEWIGIS, Comitissae Ranzovii

(b) Puto, templum tum fuisse denuo consecratum, quia Lutherana sacra modo abolita erant.

(c) Pag. 747. sq. To. I. Leibn.

(*) De innocetio fufe agitur in ACTIS SANCTORVM mense Iulio et HISTOIRE des Papes To. I. p. 160. sqq. à la Haye 1732. 4.

(d) In Chron. P. I. ad a. 959. p. 189. ed. Leibn.

(e) Pag. 444. sq. HISTOIRE des Papes To. I. p. 155. sqq.

(f) Supra p. 587.

(**) Sic vulgo. Peritiores norunt, palmarum ramum esse, qualem Papa in die Palmarum distribuit Cardinalibus.

(g) BODO in Chronico Clusini. p. 352.

(h) HISTOIRE des PAGES To. I. p. 106. (à la Haye 1732. 4.) On a tellement multiplié le Bois de la Croix, que si l'on rassembloit tous les morceaux, qu'on dit en être, et qu'on expose sous ce nom à la veneration du Peuple, j'ose affirmer, qu'il y auroit de quoi chauffer tous les Habitans de Paris pendant l'Hiver le plus rude. Idem de ceteris fere reliquiis pronuntiandum.

rovi Pontificia rum vs
includi. Iussa vero Ab
precibus locus haud da
giato iacet costa ceti de
solent imperiti infunde
glutiente, huc adlatan
tem, ab Episcopo Hild
dom olim inde depea
pra moui.

Litteris priuilegijsq
e saeculo XIII. XIV. XV
larium ecclesiae adfer

Vniuersis sancte matris
gratia Henricus Lug
berstaden, Waldebrung
neis, Thomas Rosseñ.
piopi, salutem in Domi
licita, deuotionem fic
tum remissionibus inuita
tus impendendum, vt
tento celerius delictorum
nientes igitur, vt ecclesia
in medio pertinens, pro
omnibus uere poenitentib
delictis Natiuitatis Domini
singulis festis gloriose et
Michaelis Archangeli
ti et Pauli et omnium al
si, Innocentii, Nicolai,
in dedicatione predictae e
uas predictarum festiuita
rit, aut qui ob reueren
neris in spiritu humilitati
coso nostri Redemptoris
sue fabricae luminaribus, l
minices, vel quicquam fa
guerint, donauerint, m
noordia, Beatorum Petri e
nam singulas diernum quadrag
ceteri ad id accesserit, mil
presens scriptum sigillorum
ne apud Sanctum Petrum
mini Beneficii Pape octau

Nos Sigfridus Dei
mus et pre

Quoties uero numerus
is ac conspectu condecorat
ant, vt indulgentiarum am
Canonici Gandershemenses
in litteras indulgentiarum te
foni causa admodum specio
ali habes in tab. VI. fig. 27.

Vniuersis et singulis Christi
seratione diuina Anonymus

zovii Pontificia tum vxor, ab Anastasio Büttnero partem sanguinis dominici, crystallo inclusi. Iussu vero Abbatissæ Christinae, tum Graboviae apud fratrem commorantis, precibus locus haud datus, ne superstitioni fomenta praeberentur. In templo collegiato iacet costa ceti dentati, quam miris fabulis cumularunt maiores. Fabricitantibus solent imperiti infundere pulverem, abrafum ab hac costa, quam ex ceto, Ionam deglutiente, huc adlatam credunt. Catenam, ex transverso muros templi consolidantem, ab Episcopo Hildeshemensis donatam esse vna cum instrumento, in coronae modum olim inde dependenti, vt lucernae inibi ardentes collocari possent, iam supra monui.

§. XVI.

Litteris priuilegiisque indulgentiam aedem collegiatarum Gandershemensem abundante saeculo XIII. XIV. XV., nemo vnus ambigit. Exempli loco sunt chartae, quas tabularium ecclesiae adseruat. Dabimus earum vnam et alteram:

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes litere peruenerint. Nos Dei gratia *Henricus Lugdunens, Bartholus Ortanens, Petrus Basiliens, Hermannus Halberstaden, Waldebrung Anclin. Adomarius Osceus. Franciscus Senogallien. Perronus Larenens. Thomas Rossen. Aymardus Lucerien. Cyprianus Bouen et Stephanus Opidenfis, Episcopi*, salutem in Domino sempiternam. Alma mater ecclesia, de animarum salute sollicita, deuotionem fidelium quasi allectiuis muneribus, indulgentiis, et peccatorum remissionibus inuitare consuevit et debiti famulatus honorem, Deo et sacris aedibus impendendum, vt, quanto crebrius et deuotius illuc confluit populus christianus, tanto celerius delictorum suorum veniam et gratiam consequi mereantur eternam. Cuiuspienies igitur, vt ecclesia Gandershemensis Hildeshemensis Dioc. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens, pro honore frequentetur et a Christi populo iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in festis subscriptis, videlicet Natiuitatis Domini, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, et Pentecostes, in singulis festis gloriose et semper virginis Marie, et in festo omnium Sanctorum, sancti Michaelis Archangeli, Sanctorum Iohannis Baptiste et Evangeliste, Beatorum Petri et Pauli et omnium aliorum Apostolorum, Beatorum Stephani, Laurentii, Anastasii, Innocentii, Nicolai, Martini, Beatarum Marie Magdalene, Catharine et Margarete, in dedicatione predictae ecclesie et omnium altarium inibi constructorum, et per octauas predictarum festiuitatum octauas habentium, causa reuerentie et honoris visitauerint, aut qui ob reuerentiam et commemorationem dominice passionis omni die Veneris in spiritu humilitatis ibidem accesserint, preciosum sanguinem, fufum de precioso nostri Redemptoris corpore, deuocius adoraturi. Nec non qui predictae ecclesie fabricae luminaribus, libris, vestimentis, seu aliis necessariis manus porrexerint adiutrices, vel quicquam facultatum suarum, in extremis laborantes, eidem ecclesie legauerint, donauerint, miserint, seu procurauerint. Nos de omnipotentis Dei misericordia, Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, auctoritate confisi, singuli nostrorum singulas dierum quadragenas de iniunctis eis penitentiis, dummodo consensus Diocesani ad id accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Domini M^o. CC^o. nonagesimo sexto, Pontificatus Domini Beneficii Pape octauo anno secundo.

Nos Sigfridus Dei gratia Hildensis. Episcopus presentem indulgentiam ratificamus et presentibus in nomine Domini confirmamus.

§. XVII.

Quoties vero numerus eorum infirmatus fuerat ac adtenuatus, qui templum domus ac conspectu condecorare solebant; ecclesiasticae ac Canonici Papam ac Concilia adierunt, vt indulgentiarum amplissimarum promissiones consequerentur. Exemplo sunt Canonici Gandershemenses, qui patres concilii Constantiensis eo nomine fatigarunt, vt hi litteras indulgentiarum templo Gandershemensi concederent. Praetexebatur petitioni causa admodum speciosa, videlicet reparatio ruinarum ecclesiae. Sigillum concilii habes in tab. VI. fig. 27. Charta bullata est haec:

Vniuersis et singulis Christi fidelibus presentes literas visuris et auditoris. Nos misericordiatione diuina *Anthonius* Episcopus Portuensis, Bononiensis communiter nuncu-

pa

„patus, *Iohannes* ecclesie S. Sixti, communi nomine dictus *Ragufensis*, *Gabriel* ecclesie
 „S. Clementis, *Senensis* vulgariter nominatus, *Angelus* ecclesie SS. Petri et Marcellini,
 „*Veronenfis* communiter dictus, Presbyteri et *Franciscus* SS. Cosme et Damiani, Flo-
 „rentinus, sacrosancte Romane ecclesie Cardinales. salutem in Domino sempiternam.
 „Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter seruiatur,
 „de habundantia sue pietatis, que merita supplicum excedit, et vota, unicuique fide-
 „lium sibi seruientium multo maiora retribuatur, quam ualeat promereri. nihilominus de-
 „siderantes, Domino populum reddere placabilem et bonorum operum imitorem. fi-
 „deles ipsos ad complacendum sibi, quasi *quibusdam alliciendo muneribus*, indulgentiis
 „uidelicet et remissionibus inuitamus, ut exinde diuine gratie reddantur aptiores. Cum
 „itaque sicut accepimus, quod ecclesia *Gandershem Hildensem* Dioc. in honore sancto-
 „rum *Anastasi* et *Innocentii* fundata et dedicta, ad Romanam ecclesiam nullo medio
 „pertinens, in suis beneficiis ruinosam et defectuosam existat, et reparationibus indigeat
 „quam plurimum sumptuosas, que de ipsius ecclesie redditibus, fructibus, et prouen-
 „tibus, propter eorundem nimiam tenuitatem absque Christi fidelium elemosynis et
 „piis subventionibus reformari et consummari nullatenus valent. cupientes igitur instan-
 „tibus ad hoc nostre deuotionis filii *Dominis Iohanne de Scheden* et *Hermanno de Danckle-*
 „*uessen*, ipsius ecclesie Canonicis, precum impetratoribus, ipsam ecclesiam predictam
 „aliquibus donis spiritualibus decorare, et indulgentiis in perpetuum illuminare; quod-
 „que ipsa ecclesia in suis edificiis reparetur, congruis honoribus frequentetur, et a Chri-
 „sti fidelibus iugiter veneretur. et, ut fideles ipsi eo libentius, deuotionis orationis et
 „peregrinationis causa, confluant ad eandem, ac ad ipsius reparationem conseruationem et
 „sustentationem manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gra-
 „tie uberius conspexerint refertos. Omnibus vero *penitentibus, confessis et contritis*, qui ipsam ec-
 „clesiam in ipsorum SS. *Anastasi* et *Innocentii*, eius patronorum, ac eiusdem dedica-
 „tionis festiuitatibus, nec non in omnibus et singulis festiuitatibus infra scriptis, utpo-
 „te *Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi*, *Circumcisionis*, *Epiphanie*, *Parasceues*, *Pasce*,
 „*Ascensionis*, *Pentecostes*, *Trinitatis*, *Corporis Christi*, *Inuentionis* et *Exaltationis* san-
 „cte *Crucis*, in omnibus ac singulis festiuitatibus gloriosissime *Virginis Mariæ*, *Natiui-*
 „*tatis* et *decollationis* sancti *Iohannis Baptiste*, *Petri* et *Pauli*, ac omnium *Apostolorum*
 „ac *Euangelistarum*, *sanctorum Martyrum*, *Stephani*, *Laurentii*, *Georgii* et *sociorum*
 „eius, *Martini*, *Nicolai*, *Lini*, *Eucharii*, *Sanctarum Mariæ Magdalene*, *Margarete*, *Kata-*
 „*rine*, *Barbare*, *Dorothee*, *Lucie* et *Honeste* virginum, in celebritate omnium Sancto-
 „rum, et commemoratione *Animarum*, et per octauas dictarum festiuitatum, octauas
 „habentium, aut qui ob reuerentiam et commemorationem *Dominice passionis* omni-
 „die *Veneris* in spiritu humilitatis ibidem accesserint, *preciosum sanguinem*, *fusum de pre-*
 „*cioso nostri redemptoris corpore*, in prefata ecclesia deuotius adoraturi, nec non, qui pre-
 „dicte ecclesie *fabrice* luminaribus, libris, uestimentis, seu aliis necessariis manus por-
 „rexerint adiutrices, vel quidquam suarum facultatum, in extremis laborantes, eidem
 „ecclesie legauerint, donauerint, miserint seu procurauerint, totiens quotiens premissa
 „aut premissorum aliquid deuote egerint, nos de omnipotentis Dei misericordia, et *Bea-*
 „*torum Petri et Pauli*, *apostolorum eius*, auctoritate confisi, singuli nostrum *Cardina-*
 „*lium* centum dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentibus in Domino relaxamus,
 „perpetuis temporibus duraturis. In quorum fidem, et testimonium premissorum,
 „presentes exinde iussimus fieri literas, sigillorumque appensione nostrorum mandauimus
 „communiri. Datum *Constancie* sub anno natiuitatis Domini *millesimo quadringen-*
 „*tesimo septimo decimo*. Indictione decima, die vero prima mensis Iunii, *Apostolica* se-
 „de Pastore vacante.“

§. XVIII.

Praeter exemptionem ab onere dioecesano gauisa est ecclesia *Gandershemensis* im-
 munitate a banno *Caesaris*, quo iurisdictio exactionalis continetur. Ad haec priuilegia
 accessit exemptio ab *Annatis* soluendis. De pago *Bethmersdorpe* id luculenter ostendit
Sophia III in diplomate n. 8. p. 871. supra adlato. *Ludouicus Rex* et *Ottones* immuni-
 tatem dederunt a fodro, paratis et teloniis, alteri dandis. *Fodrum* (foder, futter) erat
 certa frumenti portio, quae Regi vel *Misso* aduenienti erat exsoluenda, cuius loco ple-
 rumque aestimata pecunia fuit data. *Paratae* erant sumtus, quos in vias pontesque re-
 ficiendos impendere erat necesse. A *mansionatico* autem monasteria paucissima erant li-
 bera.

bera. Hoc erat exerci-
 densis soluit, eo quod
 Imperatorum relictibus
 penitentiis a statibus Lea-
 nis et gabelis confirm-
 que sunt immunes. C
 Maximilianus II. Mos-
 Imperii, a. 1711.

FEVDIS EC

Ne cui videar molest
 que adiungam qu
 patroni, ab Abbatibus i
 hemensis seu fuerunt o

1. BANTELN. Iure p
2. BLITERSORPE ac
3. BORNEM seu BOR
 habet ecclesiam, c
 rochiam.
4. BORNHVSVM in pr
 Locus ad Abbatissa
 beneficio Abbatissa
 muli militesque de
5. BRVGEM ex perm
 peruenit a. 1039.
 cti, diu ibi ius pat
Steinberg dictos, pe
6. 7. 8. Ad deperdita pe
 MENSIA bona,
 suscepit. Supra p.
 cus vero dudum de
9. BRVNESHVSE.
 legiata conspicuo in
Brunesthusanam,
 sessioni intromisit.
 nensis, Parochiam
 ctissimus *Otto* Chri
 minat et alit *Abbatia*
 templum frequentat
 sacrorum sese exerce
 strator, quem impos
 p. 739. supra.
10. CLVSA, et coenobium
 nachos nigros. Ten
 quantant. *Abbatissa*
11. CRVCHT ad Renum ha
 stat ex litteris bullatis
12. DALEM, olim *Dalebei*
 si *Bindelagenfi*. Spe
 riale. Vide p. 657
 piftae, et templum t

bera. Hoc erat exercitui praestandum pro hospitio Imperiali. Sed nec hoc ecclesia Gandensiensis soluit, eo quod Reges et Imperatores a filiabus exigere nihil solebant. De hisce Imperatorum redditibus videatur *BRVMMERI* Diss. praefide Böhmero habita de *Subsidiis pecuniariis a statibus Italiae Imperatori praestandis* Hal. 1720. Immunitatem a talliis, angariis et gabellis confirmavit concilium Basileense. Canonicae a primariis precibus quoque sunt immunes. Canonicos per primarias preces denominavit, rogante Abbatisa, Maximilianus II. Morem imitatus est Iosephus, et nuper Elector Saxoniae, Vicarius Imperii, a. 1711.

CAPVT VI.

DE

FEVDIS ECCLESIASTICIS, quae vel olim vel nunc ab
Abbatissis conferri solent.

Ne cui videar molestus, ordinem sequar alphabeticum et ad mentionem loci cuiusque adiungam quoque beneficia, quae ab Abbatissis, vel ipsis, vel interuentu patroni, ab Abbatissis illa nacti, conferuntur, atque singula ad caput ecclesiae Gandershemensis seu fuerunt olim seu adhuc sunt referenda.

1. *BANIELN*. Iure patronatus infeudati sunt Nobiles viri de *Bennigsen*.
2. *BLITERSTORPE* ad Renum. Vide supra p. 739.
3. *BORNEM* seu *BORNVM*, in Ambergau pagus, praefecturae Sefensis, parochialem habet ecclesiam, cui *Dalem* pagus adiunctus est. Abbatissa ipsa confert hanc parochiam.
4. *BORNHVSVM* in praefectura Sefensi et Ambergawi, nominatim in Rudieramarcu. Locus ad Abbatissam spectat ex donatione Ludolfi. Iure parochiali quondam ex beneficio Abbatissarum vsi sunt ministeriales de Bornemehusen eisque extinctis famuli militesque de Steinberge. Abbatissa ipsa hanc confert parochiam.
5. *BRVGGEM* ex permutatione et liberalitate Henrici III Imperatoris ad Adelheidam I peruenit a. 1039. Vide *diploma* supra p. 672. Nobiles Domini, de Homburg dicti, diu ibi ius patronatus tenuerunt. Eis extinctis ad generosos, de *Bruggem* et *Steinberg* dictos, peruenit, et in hunc vsque diem, ab Abbatissa in feudum sumitur.
6. 7. 8. Ad deperdita pertinent parochiae in oppido *BOKELN*. *BALDOLVESHEMENSIA* bona, vna cum iure patronatus, *Sophia* Abbatissa a. 1008 ab Henrico II suscepit. Supra p. 656. *BADVELDVM* cum ecclesia eodem anno acceptum. Locus vero dudum destructus est et incolae demigrarunt *Elbigerodam*.
9. *BRVNESTESHVSEN*. Per vnum quondam baculum, altari maiori in Ecclesia Collegiata conspicuo impositum, Abbatissa Abbati contulit Abbatiam et Clusensem et Brunesteshufanam. Denominavit deinde *Praepositum* eumque confirmavit et possessioni intromisit. Praepositus hodie est *M. Ludolfus Faber*, Superintendens *Grenensis*. Parochiam administrat, ex manibus Reverendissimae acceptam, vir doctissimus *Otto Christianus Beermannus*, cui in Rectoratu successi. Praeterea denominat et alit Abbatissa in coenobio *Brunteshufano* virgines quatuor, qui ter in dies templum frequentant, et praelectione verbi diuini ac decantatione hymnorum sacrorum sese exercent. Oeconomicis rebus agrisque exercendis praest administrator, quem imponit Abbatissa. Ecclesia dedicata est patrono *S. Bonifacio*. Vide p. 739. supra.
10. *CLVSA*, et coenobium et ecclesia, in patrimonio *S. Petri* exstructa, habebat olim *Monachos nigros*. Templum ibi est parochiale, quod incolae pagi *Danckelsen* frequentant. Abbatissa ipsa sibi ius deligendi Pastorem reseruauit.
11. *CRVCHT* ad Renum haud procul a coenobio *Nussienfi*. Ius Abbatissae parochiale constat ex litteris bullatis *Innocentii III*, a. 1206 datis. Vide supra p. 739.
12. *DALEM*, olim *Daleheim* et *Königsdalem*, ac *Dalheim*, nunc in praefectura *Hildesienfi* *Bindelagenfi*. Spectauit pagus omnis olim ad iurisdictionem Abbatissae territorialem. Vide p. 657. et *diploma luttiae* p. 426. Exstat ibi parochia *B. Iohannis Baptistae*, et templum parochiale, cum *Bornemensi* parochia nunc iunctum. Erat

Xx xx xx xx xx

quo-

- quoque olim Abbatissae ius patronatus in facellum S. Mariae, situm super monte Dalemensi. Tilemannus Schrader hoc beneficium ab Abbatissa tenuit, et, vrgente tempore, nouo Diacono Gandershemensi tradidit.
13. *DANCKELSEN*, *Thancoluisen*, pagus praefecturae Gandershemensis, cuius incolae frequentant templum Cluinense ex antiquissima aetate.
 14. *DENCIE MAIUS* ad Guelferbitum. Parochiam, ibi obuiam, Abbatissae confirmavit Papa Innocentius III. Vide supra p. 739. Locum donauit Ludolfus, Dux Saxoniae, ecclesiae Gandershemensis conditor. Anno 1728 Dux Brunsvicensis *Augustus Wilhelmus* cessit Abbatissae ius denominandi Gandesiae ecclesiam templi collegiati primum, et recepit ius patronatus Denctensis.
 15. *DERNEBURG*, *Derenburg*, oppidum intra Episcopatum Halberstadensem, quod Henricus II Imperator Abbatissae donauit vna cum iure parochiali, a. 1008. Vide supra p. 656. Paulo post *Sophia* Abbatissa ius illud parochiale transtulit a. 1014 in coenobium S. Mariae. (*) *Margareta* tamen illud iam a. 1304 pro suo habuit et in suis tractauit. Vide supra p. 792. Spectat Parochia Derneburgensis nunc ad feuda, quae Electoribus Brandenburgicis ab Abbatissa conferuntur.
 16. *DVDERODE*, pagus in praefectura Westerhofensi. Ius parochiale ad Berwardi vsque tempora a. 1007 ad Abbatissam spectauit. Locus tum vocabatur *Abbatiskerode*. *SOPHIA* ius patronatus contulit in coenobium S. Mariae, ex quo id in quaesturam Academiae Helmstadiensis fuit translatum.
 17. *ELBIGERODA*, vrbs ad Herciniam, quae haud procul Bodveldo sensim excreuit. Anno 1448 Abbatissa exercuit ius patronatus. Vide supra p. 901. Innexum illud nunc est feudis Elbigerodensibus, quibus vtuntur Serenissimi Duces Brunsvicenses. Quondam haec parochia existit Bodveldi, in propinquo loco.
 18. *ELLIGERODE*, *Elveligrot*, *Alvelincherot* est pagus praefecturae Gandershemensis, et olim habuit castrum et ius monetae. Vide supra p. 739. Castrum, iurisdictio, et monetae iura, tradita sunt a. 1247 in feudum Ottoni Duci Brunsvicensi. Supra p. 356. Ius patronatus exercet Abbatissa. Parochiae adhaeret *Wiershusen*, aequae mater, quam Episcopus Paderbornensis quondam permutauit recepto iure parochiali in *Immeteshusen*. *ENGELEMSTEDE* pertinet ad feuda Salderensia, quibus nunc vtuntur ex feudi lege Illustris et generosissimi viri, de Dehn dicti.
 19. *ERICH*, *Erike*, *Erica*, vicus in citeriori Thuringia. Ius parochiale confirmavit Abbatissae a. 1206 Papa Innocentius III. Vide supra p. 739. Agnesa Anhaltina ius patronatus adhuc exercuit. Sede impedita Gandershemensi, illud sibi vindicauerunt Comites Sondershusani.
 20. *FREDEN MINVS* est pagus in praefectura Winceburgensi. Contulit ius patronatus Abbatissa coenobio Cluinenfi et nunc illud ipsa exercet. Est reliquia ex *Triethenigawi*.
 21. *ALTENGANDERSHEIM* pagus praefecturae Gandershemensis. Templum parochiale S. Iohannis nunc adhaeret parochiae in *Grens* seu *Grimbaldeshusen*. Tenuerunt id nobiles de Gandersheim ex beneficio Abbatissae.
 22. *GANDERSHEMIVM*, vrbs Ducatus Brunsvicensis. In eo sedes Abbatissae, quae feuda ecclesiastica tradit Canonicibus, Canonicis, et Altaristis, qui nunc vocantur Vicarii. Decanam ex ritu veteri confirmat Abbatissa. Idem ritus est exercitus olim in Abbatissam S. Mariae. Ecclesiam S. Mariae contulit Abbatissa ecclesiae collegiatae. Vide supra p. 739. Reditus tempore reformationis sunt Compastoratu adiecti. Templum S. Georgii ad beneficium Abbatissae (a) pertinuit. Ibidem p. 739. Walburgis ius parochiale contulit Canonicis a. 1462. Supra p. 907. et adiecit ei Vicariatum SS. Sergii et Bacchi Veltbergensem. Confirmavit coniunctionem Paulus Papa a. 1467. Supra p. 910. Sophia IV Canonici id ius confirmavit a. 1469. Templum Marci fuit in curia oppidana. Canonici confirmauerunt eius pastorem. Reditus tempore reformationis adplicati sunt collegis Lycei. Templum S. Georgii occupauerunt foederati Smalcaldici et oppidanis tradiderunt. Parochiam primariam S. Stephani Abbatissa instruxit pastore. Vide supra p. 906. fqq.

(*) *HÄHNII Collect. monum. inedit. p. 197. To.I.*

(a) Agnesa Abbatissa a. 1428 in diplomate vocat templum S. Georgii *vnse parkerken buten der muren to Gandershem belegen* et confirmat donationem viduae, quae legabat templo illi triginta marcas valoris Gandershemensis.

IVLIVS DVX contulit ab Abbatissa e manno a. 1728 *ST. BATTISSA* vero *L. Heic* pastorem pr dio Capitulari. didit Diaconatum Candersemensem Vicariatus in tem Vicariatus trium non facellum et v die *Münze*. (*) ad facellum Petri marcas. Anno 11 husen et Wolper pit ab Abbatissa tionem. Ad haec fenatus oppidanus constituit Subrecti. Saeculo XIII vni Canonicae in fis existit in tab. 13 parochiam in Sebe prope Embecam pr 13. Parochia Gandershemensis. Ecclesiastice B. Annae ibi olim v

GHERARDVS I presentes litera *CAPVT* beate AN. Iesu Christi saluatori Capella beati Michaelis ecclesie in G concedimus et ex tot bus concessis et coner beate Anne, matris Mariae deuote dixerit eri et Pauli, apostolo ctis eius penitentiis in *WILHELMVS* Dei militer omnibus Christi pater noster et quim omnipotentis Dei, bea renit in Christo patris indulgentiarum de ini testimonium sigilla nost mmi Mo. CCCo. uona Gerardi sigillum exh

24. Est quoque intra Ganesque, numero du na. Omnes a nutu acidularum, exeunte monia sanguinis labi

(*) Anno 1334 Henricus Episcopi-Vicarius, petente Episcopi

IVLIVS DVX coepit commendare Superintendentem generalem, qui reud. accepit ab Abbatisa et redditus altaris S. Stephani et Bartholomaei. Defuncto Wefemanno a. 1728 Superintendentens Sefensis accepit a Duce Ephoriam generalem; **ABBATISSA** vero Denctensem parochiam tradidit **DVCI** ea lege, vt **IPSA** constituat heic pastorem primarium. Compastoratum heic olim Canonicus sustinuit stipendio Capitulari. Duces dein dederunt Diaconos. Anno 1705 Abbatisa Duci tradidit Diaconatum Sefensem, et loco eius recepit ius denominandi Compastorem Gandershemensem. Spectavit quoque ad beneficia Abbatisae ecclesiastica vterque Vicariatus in templo S. Georgii, nunc Scholae adiunctus: eodem pertinuerunt Vicariatus trium Regum, S. Iusti et S. Iacobi in templo curiae oppidanae: nec non sacellum et vicariatus S. Petri in noua villa seu Neudorfe, vbi nunc est locus *die Müntze*. (*) A. 1433 Agnesa constituit parochialem pastorem S. Petri. A. 1469 ad sacellum Petrinum ditandum. Henricus Coci Canonicus legauit quotannis XIV marcas. Anno 1607 obiit vltimus Vicarius, et census frumentorum ex Ackenhusen et Wolperode adsignati sunt Diacono Gandershemensi. Capitulum suscipit ab Abbatisa quauis noua et iura sua et beneficiorum ac feudorum confirmationem. Ad haec iura spectant denominationes collegarum Lycei, excepto quod senatus oppidanus alternis vicibus Conrectorem designet. Abbatisa nonnunquam constituit Subrectorem, et praeterea denominauit adiunctum ministerii ecclesiastici. Saeculo XIII et XIV Abbatisae Gandershemenses contulerunt Praebendam vni Canonicae in Capitulo Vrosensi prope Magdaburgum. Sigillum Capituli Vrosensis exstat in *tab. 13. fig. 22*. Abbatisa S. Mariae contulit adhuc a. 1560 candidato parochiam in Sebexen: et coenobium Brunteshusanum parochiam in Auenthusen prope Embecam pro arbitrio fororum nonnemini contulit dirigendam.

23. Parochia Gandershemensis Abbatisae in aula, adiunctum habuit Vicariatum S. Michaelis. Ecclesiastes aulicus hifce Vicariatus sumptibus percipiendis praest. *Capit. B. Annae* ibi olim venerationi tuit expositum. En litteras indulgentiarum:

GHERARDVS Dei et apostolice sedis gratia Eps. Hildesemens. omnibus Christi fidelibus, presentes literas nostras visuris seu auditoris salutem in Domino sempiternam. Vt **CAPVT** beate **ANNE** vidue venerande, beatissime virginis Marie genitricis domini nostri Iesu Christi saluatoris, per amplius et frequentius a Christi fidelibus veneretur, quod est in Capella beati Michaelis in Gandershem in curia habitationis venerabilis domine Abbatisse secularis ecclesie in Gandershem nostre Dioc. ut fide dignorum relatione percepimus, collocatum, concedimus et ex tota nostra scientia indulgemus omnibus Christi fidelibus, vere penitentibus confessis et contritis, qui in honorem omnipotentis Dei et electe genitricis eius Marie ac beate Anne, matris Marie, coram illo sacro capite quicumque pater noster et quinque Ave Maria deuote dixerint, flexis genibus autem, misericordia omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis indicacione nostra relaxamus perpetuis temporibus duratura. Et nos **WILHELMVS** Dei gratia Eps. Citrens. ac nos **HINRICVS** eadem gratia Eps. Yponens. similiter omnibus Christi fidelibus vere penitentibus confessis et contritis, qui sic flexis genibus pater noster et quinque Ave Maria coram illo sancto Capite beate **ANNE** in honorem omnipotentis Dei, beate Marie virginis ac sancte Anne deuote dixerint, de consensu reuerendi in Christo patris Domini nostri **GHERARDI** Episcopi Hildensem. quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis in Domino misericorditer relaxamus, in quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in castro Sturwolde. Ao. domini M. CCC. nonagesimo tertio, ipsa die Gereonis et sociorum eius martirum beatorum, Gerardum sigillum exhibuimus in *tab. XII. fig. 3*.

24. Est quoque intra Gandershemium domus, in qua aluntur pauperes viduae, virginesque, numero duodecim, sumptibus Abbatisae. Praest ei Praepositus et Domina. Omnes a nutu et larga manu Abbatisae pendent. Occasionem dedit fons acidularum, exeunte saeculo XII ibi exortus, salubris corpori aegrotorum, et acrimonia sanguinis laborantium. Venae posthaec fuerunt obstructae. Emanat tamen

(*) Anno 1334 Henricus Episcopus olim ecclesiae Scutarensis, tunc Alberti Archiepiscopi Magdeburgici Archi-Vicarius, petente Episcopo Gerardo Hildeshemensi, huic sacello concessit litteras indulgentiarum.

men adhuc aqua, vitriolo imbuta, quae vaccis equisque est potu opportunissima. Superest sapor acutus et ferrugo, vitris, quae aliquamdiu tenetur infusa, leniter adhaerens. Anno 1210 Innocentius III Pontifex Romanus Praepositis tribus id negotii dedit, vt Gandershemium irent et exquirent singula, ne consensum exstruendi Hospitalis ipse daret frustra. Diploma bullatum Pontificis dedi supra p. 749. n. 19. Anno 1240 Gregorius IX permisit inaugurationem Hospitalis, Spiritui sancto dicati, et adiuncti Oratorii, (a) in quo Altarista S. Spiritus feminas docere et preces eis praere debebat. Substitutum est huic officio, tempore reformationis, munus psallendi in organo pneumatico templi collegiati. Num haec reformatio fuit laudibus digna? Confirmavit Hospitale GREGORIVS IX Papa a. 1240. h. scilicet litteris:

GREGORIVS Eps. seruus seruorum Dei. dilectis in Christo filiabus Abbatissa et Capitulo secularis ecclesie de Gandershem Illdesemeñ Dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur. quod iustum est et honestum. tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter. dilecte in Domino filie. vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. Hospitale de Gandershem. quod ad vos proponitis pleno iure spectare. nec non terras. possessiones. et alia bona uestra. sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis. uobis et per uos ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hac attemptare presumpserit. indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Laterani VI Idus Iunii. Pontificatus nostri anno quarto decimo.

Anno 1300 decem Episcopi Romani indulgentiarum gratiam visitantibus oratorium huius Hospitalis promiserunt. En litteras:

Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis. nos frater Ranutius Calaritanus. Ademulphus Cirfanus. et frater Basilius Ferlitanus. Armenorum Dei gratia Archiepiscopi. et nos frater Antonius Chenadien. Landulphus Ferenti. Manfredus S. Marci. frater Nicolaus Tortibulen. Rogerius Esculanus. Nicolaus Neocastren. et frater Iacobus Chalcedonien eadem gratia Episcopi. Salutem in Domino. Splendor paterne glorie. qui sua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota fidelium. de clementissima ipsius maiestate sperantium. tunc precipue benigno fauore. profequitur. cum deuota ipsorum humilitas Sanctorum precibus et meritis adiuuatur. Cupientes igitur. vt ecclesia seu Hospitale S. Marie in Gandershem et Hildensemeñ. Dioc. congruis honoribus frequentetur. et iugiter veneretur omnibus vere penitentibus. et confessis. qui ad Hospitale in singulis festiuitatibus ipsius beate Marie uirginis. uidelicet natiuitatis. annunciationis. purificationis et assumptionis ipsius beate Virginis. nec non natiuitatis. epiphanie. resurrectionis. ascensionis et Pentecostes Domini nostri Iesu Christi. et in commemoratione omnium Sanctorum. et in dedicatione ecclesie seu Hospitalis ipsius deuote accesserint annuatim. aut qui ad sustentationem pauperum et infirmorum. in eodem Hospitali degentium. suas pias eleemosynas et alia grata caritatis subsidia erogarint. vel qui ad libros et paramenta et ornamenta ipsius ecclesie manus porrexerint adiutrices. seu qui in bona sui corporis sanitate. seu laborantes. etiam in extremis ad releuationem et sustentationem pauperum et infirmorum ad predictum occurrentium Hospitale et alia pietatis opera quicquam eidem ecclesie seu Hospitali legauerint facultatum. de omnipotentis Dei misericordia. et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius meritis et auctoritate. confisi. singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentis misericorditer in Domino relaxamus. dummodo Diocesani uoluntas ad id accesserit et consensus. In cuius testimonium presentes literas sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Dat. Laterani anno Domini M. CCC. Ind. XIII. die 6 Nouembr. Pontificatus Domini Bonifacii Pape VIII anno sexto.

Et nos HENRICVS Dei gratia episcopus Hildensemenensis ecclesie dictas indulgentias duximus confirmandas. sigillum nostrum presentibus in testimonium apponentes. Actum et datum anno Domini M. CCC. XI. in die beati Georgii.

25. Gerriki et Gerrikibusen iuxta Thiaedulveshusi. In indiculo a. 1007 scripto ius patronatus tribuitur Abbatissae. Est nunc villicatio Erikshusen seu Erksbusen prope pagum Opperhusen.

(a) Supra p. 755.

26. Gererode in praefate teshufano conlatu
27. Gabeldehusen seu Gedonauit ecclesiae chiale fuit permittit tradidit Abbatissae waldensi prope H
28. Herenfen seu Herbusen
29. Harribusen s. eculo
30. Habebusen in indiculo Lamspringam.
31. Grossen Heere inter P templum. ibi situ
32. Hollenstede et Grene
33. Hemmingerode seu H vterque nunc est fil
34. Hennekenode saeculo tioni Perllultrium
35. Immedebusi in indiculo chiale iure patronatus per nouam aedem i
36. Kalchem secundum l mibus Winkelhu
37. Kinerwag coenobium i fertum. Permutatu Kirchberg prope Desa Kochberg ibidem p. 14
38. Levede minus. Abbi Wetebornensi. Sup
39. Luckeln. Commend lumnensis vsque te clesia Gandershem Abbatissa cum Duc
40. Ludoiessen. pagus e po Ludolffensi. Sac re conuenerat. Kel villae plures. sed e
41. Luthorste haud procu Luthorste per feudi
42. Mechtbusen ad saecult Episcopus Hildeshe olim sacellum Abbat
43. Norten. Vnus canot mendae Angersteine Parochia Oldendorpe a ris de Rotzinge seu R
44. Olexen. Olexen. intra pr sa. eoque infeudat nob a repurgatae religionis
45. Opperhusen iuxta Aue in batissa et antea Abbas
46. Oydeshusen. pagus hau praefecit Agnesa III a. locum fuisse in Dioeces
47. Reddebor. Wernigerodae rochiale. (a) quod dot constituit ibi Pastorem

(1) Vide p. 759.

26. *Gerensode* in praefectura Ganderfemenfi. Ius parochiale, quondam coenobio Brunteshusano conlatum, exercetur ab Abbatisfa.
27. *Gibeldehusen* seu *Gebelhusen* in Aichsfeldia. Comes Bifo ius patronatus et bona alia donauit ecclesiae Gandershemenfi. Vide *diploma Margarethae* p. 779. Ius parochiale fuit permutatum ineunte hoc saeculo, et Capitulum Hildeshemenfe superius tradidit Abbatisfae loco eius parochiam Rutenbergenfem, quae in praefectura Steurwaldensi prope Hildesiam est posita.
28. *Herenfen* seu *Herhusen* saeculo XIII et XIV. *Hagem* saeculo adhuc XV.
29. *Harrihusen* si. eculo XIV. XV.
30. *Hebenhusen* in indiculo a. 1007. Est locus defolatus prope Mechtshufum, qua itur Lamspringam.
31. *Grossen Heere* inter Peinam et Hildeshemium. Agnesa Abbatisfa a. 1486 infeudauit templum, ibi situm, duabus areis agrestibus inibi positis.
32. *Hollenstede* et *Grene* diu fuerunt e deperditis.
33. *Hemmingerde* seu *Helmscherode* in indiculo a. 1007 occurrit, nec non *Ackenhusi*. Locus vterque nunc est filia Prior Gerenrodensis parochiae; posterior Gremfensis.
34. *Hennekenrode* saeculo XIII. XIV. Locus est infra Woldenbergam, obnoxius nunc ditioni Perillustrium Virorum, quibus de Buchholz S. cognomen adhaeret.
35. *Immederhusi* in indiculo a. 1007. Episcopus Paderbornensis permutauit ius hoc parochiale iure patronatus in *Wiershusen*. Generosissimus et Illustris Steinbergius nuper nouam aedem in Immeteshufen sacram construxit.
36. *Kalchem* secundum bullam Innocentii III a. 1206, p. 739. Confertur in feudum Comitibus Winckelhusanis, et quidem emphyteuticum.
37. *Kinewag* coenobium iuxta Spiram, a *SOPHIA* I exstructum et virginibus votiuus refectum. Permutatum praedio Bruggemenfi a. 1039. Vide supra p. 672. sqq. *Kirchberg* prope Selam. Vide p. 739. Eitel Henricus in ius parochiale inuolauit: *Koeburg* ibidem p. 1479.
38. *Levede minus*. Abbatisfa S. Mariae *SOPHIA* permutauit parochiam hanc parochia *Wetebornensi*. Supra p. 796.
39. *Luckeln*. Commendator ordinis Mariani Teutonici, ibi sedens, ad Magdalenae Columnensis vsque tempora bona censitica, ad Guelferbitum sita, in feudum ab ecclesia Gandershemenfi suscepit. Lis, eo nomine a. 1533. coepta, conqueiuit, simulac Abbatisfa cum Duce controuerfiis implicaretur.
40. *Ludoluessen*, pagus quondam vsque ad finem saeculi XV prope Danckelsen in campo *Ludolfiffensi*. Sacellum ibi quondam fuit, cui Abbas Clusinenfis pastorem dare consueuerat. Reliquiae incolarum restant in 6 areis Dankelsensibus. Olim erant villae plures, sed eae infrequentiores, quantum ad numerum incolarum adinet.
41. *Luthorste* haud procul Visurgi. Locus et ius parochiale quondam nobilibus de Luthorste per feudi nexum concessa, si schedae veteri est fides.
42. *Mechtsbusen* ad saeculum XIV. Stopleii ius patronatus exercuerunt ad annum 1643. Episcopus Hildeshemenfis postea sibi ius parochiale vindicauit. In *Bindela* erat olim sacellum Abbatisfae eiusque horreum in coemeterio.
43. *Northen*. Vnus canonicorum infeudatus est quondam ab Abbatisfa, respectu commendae Angersteinensis: et quotannis 10 talenta ad altare S. Iohannis exfoluit. Parochia *Oldendorpe* ad castrum Sladem huc vsque in feudum data est generosis viris de Rotzinge seu Rossing.
44. *Olexen*, *Olxen*, intra praefecturam Ganderfemenfem. Ius patronatus tenet Abbatisfa, eoque infeudat nobiles Stopleios. Ecclesia iuncta est cum matre Grenensi, inde a repurgatae religionis temporibus.
45. *Opperhusum* iuxta Aue in praefectura Gandershemenfi. Iure patronatus gaudet Abbatisfa et antea Abbas Clusinenfis.
46. *Oydeshusum*, pagus haud procul a Binderlage. Fuit ibi sacellum S. Anthonii, cui praefecit Agnesa III a. 1416 nouum Pastorem. Ex charta commendationis patet, locum fuisse in Dioecesi Hildesienfi et quidem in *Banno Goslariensi*.
47. *Reddeber*, Wernigerodae finitimus pagus. Innocentius III a. 1206 confirmat ius parochiale, (a) quod donauerat a. 1008 Imperator Henricus II. Agnesa III a. 1433 constituit ibi Pastorem Fridericum Verckenstede, ecclesiasten antea Wichhusanum.

Xx xx xx xx xx 3

48. Rim-

(a) Vide p. 739.

48. *Rimmigerode* seu *Rimmerode* praedium Abbatissae et Capituli feudale emphyteuticum, quod gaudet facello.
49. *Rinsede*. Ad parochiam S. Godehardi rite administrandam a. 1486 *AGNES* IV denominavit Iohannem Lanificem eoque nomine commendavit Officiali Praepositurae Rotenborgensis. Locus est prope Erich in Thuringia et nunc vocatur Runstede.
50. *Rittigerode*, pagus iuxta praefecturam Gandershemensem, gaudet templo parochiali, vti patet ex Bulla Innocentii III p. 739 et denominationibus Pastorum. Occurrit mihi litterarum singularium specimen, huc spectans, vnde pauca transcribam.

„Venerabili ac circumspecto Viro Domino Iohanni de Rengelderode Praeposito, ecclesiae Nortemensis Prouisori, eiusque Principalis Erfordensis in spiritualibus Vicario generali nec non Commissarius ad infra scripta a Reverendissimo in Christo Patre ac Domino, Domino *CONRADO* Archiepiscopo Moguntinensi specialiter deputatus. *AGNES* Dei gratia Abbatissa secularis ecclesiae Gandersh. Hildesh. Dioc. oraciones nostras in Christo deuotas - - quod cum prouidens vir *Bartoldus Voit plebanus ecclesiae in Ryttingerode Moguntinensis Dioc.* cuius collatio, prouisio, praesentatio, seu quaeuis alia dispositio ad Nos pleno iure spectare dinoscitur, senio variisque infirmitatibus sui corporis, vt aperuit, circumvallatus, ut, ne dicta sua Ecclesia praetextu dictarum sui corporis infirmitatum in diuinis negligatur seu defraudetur obsequiis, filium adoptiuum seu coadiutorem sibi acquirendo nostrum ad id consensum sibi dare ac concedere dignemur. Nos vero admissionem dictarum supplicationum fore iustam et consonam rationem, sana per Nos et matura deliberatione prehabita, sui corporis defectibus visis et diligenter inspectis, istud considerantes, quodque iuste petentibus non sit denegandus assensus. Nobis igitur, vt vos eidem Bartoldo de perpetuo Coadiutore, rectore, seu filio adoptiuo, et praesertim de dilecto nobis in Christo *Ludolfo de Hardenberge*, vicario in ecclesia S. Mariae virginis extra muros Einbecens. dictae Moguntinens. Dioc. apud nos de virtutum meritis ac sufficientia ydoneitatis multipliciter commendato prouidere libere possitis Vobis atque sibi - omnimodam damus licentiam - - Acta sunt in cimiterio dicte ecclesiae secularis Gandershemens. sub anno M^o.CCCC^o.XXVI^o. Indictione IV, 27 mensis Augusti, hora nona diei vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini *Martini V* anno IX, praesentibus ibidem honorabilibus et discretis Dominis *Gherhardo Stein* Canonico sanctae Mariae prope muros, et *Ludolfo Moderen* Vicario Gandershemens. ecclesiarum dictae Hildesh. Dioc. testibus ad *Principissam* vocatis, specialiter rogatis.

„Et ego *Bernardus Hopener* Notarius - - “

Patet hinc ridiculus modus inspiciendi naeuos corporis in coemeterio. Praeterea hinc innotescit, amnem *Aue* ad ortum solis heic diremisse Dioecesin Moguntinam et Hildeshemensem, de quo alias non satis constat.

51. *RUDEN* vtrumque, olim *Riudium*, caput in *rudieramarcu*, sedes nobilium de Ruden et de Spaden. Restant vallum arcis et rudera sacelli sacri. *Ruden* maius subest praefecturae Bindelagensi; minus est obnoxium praefecturae Sefensi. Amnis *Nette* pagos discriminat. Templum existit in Ruden maiori. Ius patronatus exercet hodieque Abbatissa.
52. *Rutenberg* vltra Hildeshemium ad lapidem quartum. Ius parochiale hoc comparatum est ab Abbatissa *Henrietta Christina*; exercitum vero ab *Elisabetha Ernestina Antonia* a. 1722. Vide *Gebeldehusen*.
53. *Sebechtessen* quondam fuit parochia singularis. Abbatissa S. Mariae ad annum vsque 1560 iure patronatus vsa est.
54. *Seboldeshusen*, *Danhusen*, *Heferhagen*, *Hachemehusen* et *Wrescherode*, pagi iuxta Gandesiam ad ortum solis, acceperunt quondam antiistites facellorum ab Abbatissa *Dandenhusi* a. 1007 fuit parochia singularis. Decimam inibi percipit ecclesiastes S. *Michaëlis* Gandershemensis.
55. *Sesa* est oppidulum in radicibus Hercinicae. Anno 1007 Abbatissa ibi tenuit singula iura parochialia. Anno 1206 Diaconum adhuc designauit. Vide p. 739. Anno

no 1705 Diaconatus
fis obtentus.
1. *Stroede* pagus praefec
aliis vna cum iure
2. *Suozare* seu *Suffern* in
3. *Templeton* in Thurin
uici Regis, a. 877. o
4. *Thiedelubeshusi* in inc
accesserunt hominib
5. *Velberga* fuit quonda
Leinam. Locum d
de Beningfen. Fui
inde prouenientes,
fiam. Pastor vltim
suum resignauit et e
nuit, vt habetur in
6. *Watteboru*, pagus pr
Academiae Helmsta
7. *Wenzleben* seu *Wanz*
cus pertinuit ad ecc
cipium fuit *Berners*
nocoentius III a. 120
saeculo XVI.
8. *Wichhusen* prope Derne
Bullam Innocentii III
parata ab ecclesia S. I
Halberstadenfis reger
9. *Wiershusen*, nunc filia
10. *Woldenhusen*, filianur
falli Abbatissae.
11. *Wolfschruende* in Thur

MELANCHTHON in lau
differit, (a) *Quid*, inq
sri Imperatores praesse vltuer
re suam ac suntus abunde essen
patis a labore proclines fun
tore scholas, et, primo se
moribus hominibus relicta.
lat, sacerdotes pro eis caner
ere coniunxerunt. Tandem
suo munere ecclesiastico eis,
marios Canonici adquireren
tulerunt. Foederati Smalce

(a) Tomo I *Orationum* p. 445.
(b) Conf. p. 981. sq. Anno 1541
plicit et ab eo virum efflagita
M. Christianus Guilelmus V

- no 1705 Diaconatus hic Duci Serenissimo traditus est eiusque loco Gandershemensis obtentus.
56. *Sleveke* pagus praefecturae Sefensis, datus in feudum Gowischiis, dein Lindeniis, et aliis vna cum iure patronatus.
57. *Suozare* seu *Suffern* in Thuringia.
58. *Tenstedium* in Thuringia. Ius parochiale spectat ad Abbatissam ex donatione Ludouici Regis, a. 877. obtenta, ac confirmatione Innocentii III a. 1206.
59. *Thiaedulveshusi* in indiculo a. 1007. Locus postea dictus Deelmiffen, cuius incolae accefferunt hominibus, Opperhufum habitantibus.
60. *Veltberga* fuit quondam pagus inter Gronauiam urbem et pagum Banteln ad fluium Leinam. Locum donauit Henricus Auceps. Bonorum partem tenent nobiles, dicti de Bennigfen. Fuit ibi sacellum ac Vicariatus SS. Bacchi atque Sergii. Reditus, inde prouenientes, Walburgis Abbatissa adiecit parochiae S. Georgii iuxta Gandersham. Pastor vltimus Veltbergensis fuit Henricus Coci, qui anno 1467 munus suum resignauit et ex licentia Papali annuos sibi florenos renanos sexaginta tenuit, vt habetur in Diplomate *Elisabetae Dominae de Dorstad*.
61. *Wetteboru*, pagus praefecturae Winceburgensis. Ius parochiale exercet quaestor Academiae Helmftadiensis, obtentum ex bonis coenobii S. Mariae. Vide *Levede*.
62. *Wenzleben* seu *Wanzleben*, vrbs Episcopatus Magdeburgici. Ex donatione Odae locus pertinuit ad ecclesiam Gandershemensem vna cum pagis adiectis, quorum praecipuum fuit *Betmersdorp*. Parochiale ius Wanslebicum Abbatissae confirmauit Innocentius III a. 1206. Betmersdorpicum Abbatissae tenuerunt adhuc ineunte saeculo XVI.
63. *Wichhusen* prope Derneburgum pastores ab Abbatissa denominatos diu habuit. Vide Bullam Innocentii III a. 1206, p. 739. Anno 1304 parochia Wichhusana fuit separata ab ecclesia S. Dionysii prope oppidum Derneburg sita, quam Canonicus Halberftadensis regere consueuerat.
64. *Wiershusen*, nunc filia Elligerodensis parochiae. Vide *Immedeshusi* et *Elligerode*.
65. *Woldenhusen*, filia nunc Rudensis parochiae. Domini de Woldenhusen fuerunt Vassalli Abbatissae.
66. *Wolffchwende* in Thuringia, dudum desiit seruire Abbatissae.

CAPVT VII.

DE

MINISTRIS ECCLESIAE GANDERSHEIMENSIS.

SECTIO I.

DE

PASTORIBVS PRIMARIIS.

§. I.

MELANCHTHON in laudem nouae Scholae Noribergensis anno 1526 vere et nitide differit, (a) *Quid, inquit, de Episcopis dicam, quos et sacris et studiis litterarum nostri Imperatores praesse voluerunt. Nec aliud fuerunt olim collegia sacerdotum, nisi scholae, et, vt otium ac suntus abinde essent, amplissimi redditus collegiis constituti sunt. Sed vt homines quiuis a labore procliuus sunt ad libidinem, sacerdotes Gandershemenses coeperunt fastidire scholas, et, primo sermones ecclesiasticos tantum habere maluerunt, schola tenuioribus hominibus relicta. Quum Canonicae cantum canonicum negligere coepissent, sacerdotes pro eis canere coeperunt, ac cantum canonicum cum ecclesiastico munere coniunxerunt. Tandem ei iura Canonicorum sibi adriperunt otioque litarunt, relicto munere ecclesiastico eis, quos mercede conduxerant. Vt vero potestatem in mercenarios Canonicos acquirerent, quotannis novos conducere veteresque subagitare consueuerunt. Foederati Smalcaldici Canonicos reformarunt a. 1542. (b) ac Gandershemii*

(a) Tomo I *Orationum* p. 445.

(b) Conf. p. 981. sq. Anno 1541 senatus Mulhusinus Gandershemium ad Prouincialem Monachorum scripsit et ab eo virum efflagitauit, qui, Mulhusam missus, sacris Pontificiis in ciuitate praeficeretur. M. Christianus Guilelmus Vollandus *Disq.* II, de *Sacris Mulhusinis* Viteb. 1704. §. 13. p. 8.

mii constituerunt tres Pastores Lutheranos, M. Matthiam Brachtium, Superintendentem, ac collegas Conradum Hollensiede ac M. Simonem Gobelinum, cui successit Augustinus Brinkman. Quatuor magistri ludo litterario praefecti sunt, nominatim Rector M. Ioannes Cockenus Brunsvicensis, vir longe doctissimus. Ex eo tempore ecclesiasticae a sua persona alienum duxerunt institutionibus iuventutis ac adolescentiae publicis operam dare, et prouinciam aperiendi scholas tradiderunt pauperibus, quos plerumque amore maiori profecuti sunt, si extitissent hi minus dicti. Quis enim Pastorum ferre potest aeditum, qui ipsum pietate et ingenio superat?

Hinc fere fit, ut nemo sit, qui muneri scholastico admoueri cupiat, ob contentum, qui illud vitae genus comitatur, et ob exiguum stipendium; quum tamen et luculenta illis constituenta essent praemia ac ipsi honore etiam adficiendi forent. (c) Sed quo minus ita fiat, reclamant plerique ecclesiasticae pro virili. Dum enim munera ecclesiastica plerumque aetate nostra sint vel publice vel clanculum in commercio, ac vel numis vel vultu, ad superstitionem composito caecamque obedientiam praeferenti, vel coniugiis, cum patronorum filiabus contractis, acquirantur non uno in loco; eruditio ac solida rerum cognitio nequeunt, ad auctoritatem, indebitis (*) artibus conligendam, incumbunt. Illustrato dicta exemplo vno et altero, Gandershemii obuius. Florebat heic quondam Rector, Mathematicum peritus, Hebraice, Graeque ac latine doctissimus, qui cum collega fuit excarnificatus, eo quod ecclesiasticae credere noluerat, qui Iohannem Sleidanum contenderat fuisse scriptorem Pontificium. Vigebat auctoritas non neminis, quum huc accederem, qui mihi persuasurus erat, Logicam Horneji ad usum vitae et emendationem iudicii plus facere quam omnes Nicolios, Lockios, Clericos, Buddeos, Gundlingios, Rüdigeros et Wolfios. Addebat idem homo pullus, locos Aristotelis topicos continere omnem rhetoricam et oratoriam ecclesiasticam adparatum: mathematicam esse ianuam ad atheismum: linguam gallicam e scholis esse exterminandam. In causa erat, quod vir, ceteroquin optimus, ultra Horneium et locos topicos in oratoria ac philosophia non sapiebat. Quare pronuntiabat, ea omnia esse periculosa et inutilia, quorum ipse erat imperitus. Alius vir summus mihi paene dicam imperitiae scripsisset, quod credere nollem, vocem *αμην* esse originis Graeae. Elucet hinc saeculi inualefcens ruditas. Quia autem eam mihi semper legem posui, ut certarem potius humanitate ac inseruendi studio, quam tricis ad scholas amandandis; ex eo factum est, ut inuidiam et obreptiones nunquam non superauerim. Id in primis Gandershemio summae est laudi, quod cathedram ecclesiasticam ornarint viri nonnulli ad omnem saeculorum memoriam memorabiles suaeque doctrinae gloriam praestantissimam promeriti. Doctores academicos, certe summos, quis ignorat, scilicet Hamelmannum, Selneckerum, Kirchnerum, Behmium? Quis nescit scripta egregia Gräferi, Behmii, Stisseri, Luhnii? Laudes vniuscuiusque patebunt in die pantocritico. Meum est, normam artis historicae seruare. Eis, qui Superintendentis munus cum primario docendi munere coniunxerunt, eos asterisco notare est animus. Vitas eorum, qui adhuc in viuis sunt, recensui, quales ab ipsis accepi, iudiciumque omne meum inde procul esse iussi, nequid ipsis incommodi, mihi vero nequid inuidiae molestiaeque crearem. Siqui ipsorum maluerunt esse Domino fideles quam scriptis clari, id ipsis virtuti potius et laudi quam vitio videtur tribuendum.

§. II.

* HERMANNVS HAMELMANNVS, Theol. Licent.

Dum Hamelmannum meminimus, Theologum et Historicum incomparabilem veneratione dignamur, in quo fortuna vtraque, quid potuerit, videtur experta. Continuo enim pietatem cum eruditione coniunxit, nihiloque fecius cum odiis Principum et summorum virorum confictatus fuit. Erat vir aperti pectoris et sincerus Westphalus, in quem fucus theologicus non cadebat. At quum integritatem animi saepius expromeret tempore minus opportuno, variis fati aleam declinare non potuit. Erat magis columba quam serpens, iudicioque theoretico instructor quam practico. Scripta patrum eorumque sententias in numero habebat. Historiam sui temporis ecclesiasticam

(c) Verba Danielis MORHOFII in Polyhistoro L. II, c. 2, p. 331.

(*) HISTOIRE des Papes To. I, ad a. 512, p. 276. *Juste ciel! La religion inspire-t elle une haine si implacable? Peut elle causer de si grands Maux? Il y a long tems, que la veritable Piété est bannie de l'Eglise, et que le Fanatisme, qui sert de voile à toutes les Passions, y regne despotiquement.*

can accurate callebat, ob varia imperitorum carebat. cordi. In terris Brunsvicere potuisset, nisi ex m Ducem tueri maluit variis. Primas te recanda omne tulit pur tum in Historia H Alcherslebiae in form pia, Operibus Hamelmanni, et anno 1709 editi Odenburgico, anno 1710 Halesis P. XI. p. Ousthalensis, im Heligemus, quae ad instum, quae ex arcanis vitali adspexit Hamelmanni Pontificio admas institutus incubuit hano Sleibingo, Willgonem Pontificiam ac cam adiit, totusque fuit, Wiceli, Gropperi e Topicorum theologico fici ac volumina alia. rat theologiae, ut tand hoc sine doctores Pontifici doctrinis Lutheri exqui is ibi institutis oratione missatico et summi Pontificis M. Hermannus Hamelmanni expedienda gebantur. Hamelmanni scopi Merseburgensis, fialtes Mansfeldicus M. burgi edidit librum, qu parate, decretis concilii p ostendunt, qualem Reform nus igitur calamum, ut cus iuris publici factus ne tum Pontificiorum ac eon matris crebro a discipul et Monasterii in vrbe Pr Nucleri, Vlrici Mutii, spiceret, quid de illo coe Eusebii historiam ecclesiasticam dialogum breuem interloc monae denuo editum a. 1 sentem controversiae refero Gratiani loca Leonis, ce. Varios inde subnatos Wesalensis M. Iohannes Hamelmannum ad in niterebat. Remoras vero Pontificis et necessitate iudicis cogitationes de veritati

cam accurrate callebat; in politica imperitiam superauerat, sed a recessibus ipsis arce-
batur, ob varia impedimenta. Nam ex tempore excludebatur et supellectili librorum
optimorum carebat. Melanchthoni minus probabatur; rigidioribus professoribus erat
cordi. In terris Brunsvicensibus ad summos dignitatum ecclesiasticarum gradus adscen-
dere potuisset, nisi exstitisset Canonicus Gandershemensis, ac collegii sui priuilegia con-
tra Ducem tueri maluisset, quam digito compescere labella. Vitam ipsius conscripse-
runt varii. Primas tenet IOANNES GEORGIUS LEVCKFELDIUS, qui in ea deli-
neanda omne tulit punctum, tum in *Antiquitatibus Gandershemensibus* c. XXVI. §. 3. p. 309.
sqq. tum in *Historia Hamelmanni*, quam vernaculo sermone a. 1721. Quedlinburgi ac
Alscherslebiae in forma quarta edidit. Tentauerat edisserere hanc vitam in biogra-
phia, Operibus Hamelmanni Genealogico-historicis a Wasserbachio collectis praefi-
xa, et anno 1709 edita, I. C. SCHROETER, ecclesiastes Struckhusanus in Comitatu
Oldenburgico, anno 1719 defunctus. Ex Schrötero epitomen dederunt *autor biblio-*
thecae Halensis P. XI. p. 24. sqq. et CASPAR CALVOER, Superintendens generalis olim
Clausthaliensis, in *Heidnischen vnd christlichen Nieder-Sachsen* p. 604. sqq. Ex hisce ea
seligemus, quae ad institutum nostrum facere videbuntur. Illa in praefens non repe-
tam, quae ex arcanis schedis in Vita Abbatissae Magdalenae de Clum protuli. Lucem
vitalem adspexit Hamelmannus Osnabrugae a. 1525, patre Eberhardo Hamelmanno
Canonico Pontificio ad neapolitanam ibi aedem, matre nescio an concubina. Ad lit-
teras institutus incubuit Osnabrugae in ludo Capitulari, praecentibus magistris Chri-
stiano Steibingo, Wilhelmo Standphurst, et Iohanne Ranthio. Imbibit a teneris reli-
gionem Pontificiam ac Lutherum tunc pro haeresiarcha habuit. Academiam Pontifi-
ciam adiit, totusque fuit in scriptis Iohannis Fischeri, Angli, Roffensis Episcopi, Ec-
cii, Wicelii, Gropperi et aliorum Lutheri antagonistarum. Hisce addebat lectionem
Topicorum theologicorum Perionii, decem Peresii librorum de Traditionibus aposto-
licis ac volumina alia. Parens eum destinauerat iurisprudentiae. At ipse sese addixe-
rat theologiae, vt tandem Lutheranos posset refellere et extirpare. Incitabant eum
hoc sine doctores Pontificii, et ipse nil magis curae habebat, quam argumenta contra
doctrinas Lutheri exquirere. A superioribus Mindam ablegatus, in colloquiis religio-
sis ibi institutis orationes habuit cum adplausu omnium de votis monasticis, sacrificio
missatico et summi Pontificis autoritate. Omnium optime ipsi respondit Rector Min-
densis M. Hermannus Huddaeus Lutheranus, qui postea ibi in patria ad munia Super-
intendentis expedienda emerfit. Ea enim tempestate eruditio et merita minus negli-
gebantur. Hamelmannus crebra versabat manu Michaelis Heldingi, seu Sidonii, Epi-
scopi Merseburgensis, libellum *Interim*, ac *Institutionem ad christianam pietatem*. Eccle-
siastes Mansfeldicus M. Iohannes Wigandus, anno 1550 Germanice et latine Magde-
burgi edidit librum, quem inscripserat: *Ex Sydonii Catechismo maiore seu institutione de*
pietate, decretis concilii prouincialis Moguntini adiuncta, Commonefactiones annotatae, quae
ostendunt, qualem Reformationem iam Episcopi Pontificii moliantur. Adripuit Hamelman-
nus igitur calamum, vt hunc Wigandi fetum confoderet. Sed libellus ipse polemi-
cus iuris publici factus non est. Oderat tamen ab ineunte aetate coelibatum sacerdo-
tum Pontificiorum ac eorum concubinatum impurum, quoniam, credo, maculam
matris crebro a condiscipulis sibi exprobrationem aegre tulerat. Anno 1550 effectus
est Monasterii in vrbe Presbyter Pontificius. Lectitabat inter haec scripta Iohannis
Naucleri, Vlrici Mutii, Erasmi Roterodami ac aliorum virorum celebrium, vt per-
spiceret, quid de illo coelibatu statuendum foret. Addebat hisce epistolas Pauli ac
Eusebii historiam ecclesiasticam. Ad extremum de hac causa edebat disputationem
seu *dialogum breuem interlocutorium de Coniugio Sacerdotum a Suffraganeo et Diacono*, Tre-
monae denuo editam a. 1582. Non sustinuerat sensa animi aperte euoluere ac deci-
sionem controuersiae referuauerat concilio Tridentino. Animaduvertebat porro in *De-*
creto Gratiani loca Leonis, Iulii et Gelasii de adhibenda sacra coena sub vtraque spe-
cie. Varios inde subnatos sibi sentiebat scrupulos, quos ipsi eximebat doctus senator
Wesaliensis M. Iohannes Musaeus, qui filium in proximo morantem inuisebat. Is
enim Hamelmannum ad institutionem Christi et consuetudinem primae ecclesiae re-
mittebat. Remoras vero veritati obiciebant in animo ipsius opiniones de primatu
Pontificis et necessitate iudicis conspicui supremi in decidendis controuersis, in pri-
mis cogitationes de veritatis obscuracione per integra saecula a Deo vix permittenda.

Anno

Yy yy yy yy yy

Superintendentem
Tit. Augustini
Rector M. Iohannes
diastae a sua perso-
na operam de,
impe amore mun-
tem praest aedu-

de amorem, qui
calore suo confusen-
tius in ha, recla-
dica puerana etate
rel vultu, ad iuge-
gus, cum panno-
solida rerum signi-
animos deinceps
cumbunt. Motu-
quondam Rector,
ui cum collegi fuit
Sedam contin-
quum hoc acco-
mendationem in-
Sundlingius, Ni-
ontineri vnoera
ad archiepiscopum
eteroquin opti-
ebat. Quare
entus. Albus
lem, vocem
ta autem eam
a studio, quatu-
ationes nunquam
ed coherdam re-
memorables lu-
os, certe sumus
Behnam: Qui
nuscunquam pro-
e. Eis, quibus
alberico vore
es ab ipso capi,
modi, nulli vero
e Domino sedes
tenendum.

rent.
incomparabilem
experti. Co-
odis Principis
neerus Weh-
aniami fagum o-
potuit. Est ne-
practico. Supra
temporis cultu-
am

est esse in iure fide-
e la vnoera fide et
signis, 1794 de ipe

Anno 1552 transerebatur in oppidum Marchiae Camen, ut ibi munia Presbyteri et sacrificuli missatici porro obiret. Heic a laboribus erat remissior, et otia in euoluendis Patribus, quos praebebat bibliotheca coenobialis, conterebat. Mirabatur, Eccium ad probandum ignem purgatorium ex 1 Cor. III, 13. sq. prouocasse ad Augustinum, qui tamen locum laudatum de calamitatibus piorum, in hoc mundo tolerandis, exposuerat. Quum Missam aliquando praelegeret, intimo compunctus est dolore de erroribus in Missa obuiis. Quare in festo Trinitatis die publice confessus est pro suggestu veritatem doctrinae evangelicae. Quo facto tumultus in ipsum exorti et ipse rude donatus fuit ac dimissus. Redibat Osnabrugam, susceptus ab amatoribus eiusdem doctrinae, praecipue Sleibingio, suo olim praepatore. Gerhardus Campius eum pro comite adducebat in Frisiam, ibique commendabat viro generoso Christophoro de Evenen, qui exulem libris numisque reficiebat. Incidit eo ipso in notitiam Iohannis de Lasco, Poloni, et doctorum ex Anglia reuerforum, qui amplectebantur nonnullas Calvini sententias. Palpabantur ei quoque Anabaptistae et petebant, ut secum faceret. Consul Embdanus Petrus Medman, consiliarius Electoris Colonienfis, eum domum suam recipiebat librisque instruebat legendis. Quum incidisset in scripta Bucerii, haesitare coepit, utrum Lutheranis, an Reformatis, album adiceret calculum. Inde commendatus Christophoro, Comiti Oldenburgico, et Frisiorum Cancellario Friderico de Western, viaticum accepit lautum, ut in Saxoniam ac praecipue Vitebergam proficisci posset. Anno proinde 1553 Bremam abiit, et a D. Alberto Hardenbergio ecclesiae primario reereatus atque eiusdem opera Alesio Lipsiensi et Melanchthoni Vitebergensi fuit commendatus. Brema iter inibat Brunsvicum et D. Ioachimo Mörlino aures dabat. Inde pergebat Vitebergam et Melanchthonem inueniebat sibi fauentem, a quo in negotiis sacramentariis id ferebat responsi, adhaerendum esse simpliciter, citra disputationes, verbis Christi. Idem suavit Lipsiae Alesius. In Comitatu Mansfeldensi ab Erasmo Sarcerio, Superintendente Eislebensis, solide institutus est de sacra coena. Hospitem refocillabant quoque M. Michael Caelius et M. Cyriacus Spangenbergius. Porro rediit Vitebergam ac publice recantabat Dialogum suum de coniugio sacerdotum. Quo facto Magdeburgum sese contulit ad Wigandum, Flacium et Praetorium, promisitque, sese centuriis conscribendis suam accommodaturum operam. Antequam vero se fide data exsolueret, rediit Osnabrugam ac ex commendatione Hermanni Harstmanni, ecclesiae ibidem, vocatus est a Capitularibus S. Mariae aedis Bilefeldensis ad munia sacra. Anno 1553 mense ineunte Augusto verba ibi prima ex suggestu fecit, pactus cum Canonicis de rationibus muneris sacri administrandi. Patroni erant extrinsecus Pontificii ob ventrem saginandum; permiserunt tamen in gratiam auditorum, ut Hamelmannus ea proferret, quae ex sacris litteris ac Patribus animae excolendae iudicaturus foret conducibilia. Ea occasione nostra prudenter vsus concordiam sensit, quoad errores Papisticos publice reprehenderet. Nam eo ipso Canonici sacra ab eo instituta frequentare omiserunt. Quotiescunque ab eis deuocaretur in arenam vel colloquium, semper doctrinas ita euincebat, ut hincere ne quidem publice in contrarium auderent. Anno autem 1555 in die festi corporis Christi de sacra coena pro concione dicebat, docens, circumstationem hostiae ad ambarvalia pertinere, adorationem esse idololatriae plenam, festum a. 1262 ab Urbano IV poscente Priorissa Leodiensi Iuliana fuisse institutum. Addidit admonitionem, ne auditores interessent deambulationi festae. Finitis sacris Canonici procedebant rite cum pane pyxidi inclusum circa templum. Emanferant consules, senatores, ac populus. Canonici inde ad odia prolapsi, obtulerunt interdictum religiosum Ducis Clivenfis, ac exprobrarunt ipsi anabaptistarum atque Sacramentariorum errores. Verum testimoniis auditorum ab hoc crimine fuit absolutus. Canonici deferebant litem ad Ducalem gubernatorem, in munimento Sparenbergae commorantem, Matthiam de Oldenbuch. Sed et ab hoc ex testimoniis auditorum pro innocenti fuit habitus. Tentarunt igitur Canonici, ut Ducem Cluensem et Juliacensem, Wilhelmum, in eum concitarent. Nec conatus is fuit frustra. Edixit enim Dux, ut Oldenbuchius exquireret, an Hamelmannus minus congruenter interdicto religioso sese gessisset, reumque carceri, quoad mandata promulgarentur alia, manciparet. Fauebat Oldenbuchius clam alios doctrinam evangelicam ideoque Hamelmanno id dedit consilii, ut primo quoque tempore litteras ad Cancellarium Ducis Iohannem Vlatenum mitteret, docens, qua ratione id interdicti intellexisset, meliorique institutioni

sele

sele promptum et obed
Vlatenus, credens C
ebatur Hamelmannus
lebat ille nutum divini
promiserat, se vnicuiq
tur sumtus praebebant
pii. Eodem proficisc
ta celerrimo, ut adm
tur, pe:libus iter facien
dis curabat. Interrog
derpii ab ecclesiae au
ipso tuit, suum fore
reuerfus deprehendit fi
aderat rescriptum Duci
it ipse denuo laetus i
mentibus anno 1555 ci
Georgio Honderlagio
munia infirmi ecclesiae
ceptus, subleuauit sene
dis libellum *Interim*, di
exit in vulgus, iussu C
terminari. Dedit itaqu
Ianni Wilhelmo Torre
ipi ac quotannis lustrare
Comitatum Waldecen
quoddam incidit, quoci
librum de *traditionibus*
Eucharistia sacra et conve
que typis excusus est F
brum laudat Quenstedt
tius eum destinavit edi
Francofurtanum datis.
in posteriori mentione
dam, addideratque, i
roribus sese obstringat.
hoc aegre tulerunt, a
rie abusi, nomine Duci
sumosos in ipsorum vrb
per Comitatum Lippie
46 recipiebat, quibus fi
lites inter Bernhardum,
quas gladio militari dirim
superior; a Wilhelmo
Westphalarum subsidi
tus, Ducem ei opem lat
re, eo quod venenatis
tus igitur Comitatus percun
melmannum Duci et cor
Henricus de Colonia non
formationis per Westpha
lorum! Ut igitur Comes
ture exsilium, cui senatus
nistratis impertiuat. Idem
uicum peregre abiit ad D.
burgum ad Doctorem Pau
fuechium abiret et doctrin
com, disputationi publica
gorum impetraret. Accel

sele promptum et obedientem fore promitteret. Litteris ita perierit non respondit Vlattenus, credens Canonicis et Hamelmanni causae iratior. Vocabatur tum et expectebatur Hamelmannus ab oppido Susato ad evangelii profitendam doctrinam. At malebat ille nutum divinum opperiri. Canonici vero ipsum pacti sui admonebant, quo promiserat, se vnicuique rationem redditurum doctrinae ac confessionis suae. Ipsi igitur sumtus praebant, vt Duci posset earum rerum rationem coram reddere Dyffeldorpii. Eodem proficiscebantur Decanus Vehemeyer ac Canonicus Honebom, vecti curru celerrimo, vt administrorum aures praecoccuparent. Dictum factum. Insequebatur, pedibus iter faciens, Hamelmannus, et Bensburgi litteras supplices Duci perferendas curabat. Interrogatus, an Augustanae confessioni addictus esset, adnuit. Dyffeldorpii ab ecclesiaste aulico, acerrimo Romanae ecclesiae sectatore, examinatus, id responsi tulit, suum fore, repetere Bilefeldam ac mandatum Ducis expectare. Domum reuersus deprehendit filium vnicum Iohannem lectulo emortuali adfixum. Propere aderat rescriptum Ducis, quo denuntiabatur Hamelmanno abitus et officii cessatio. Abiit ipse denuo laetus in exilium. Proximo autem tempore expetitus fuit a Lemgovienfibus anno 1555 circa S. Michaelis festum, commendatus eis a Medicinae doctore Georgio Honderlagio et Iohanne Kochio, vt ad aedem Neostadiensem ibi sublevaret munia infirmi ecclesiae sacra. Quum accederet, a senatu et populo honorifice exceptus, subleuauit senem eique mox successit. Anno 1556 Comes Lippiensis Bernardus libellum *Interim*, de quo nuper posthuma commentatio D. Iohannis Andreae Schmidii exiit in vulgus, iussu Caesaris Caroli V per terras suae ditioni promulgatum iussit exterminari. Dedit itaque Hamelmanno, Mauritio Sideritio, M. Gerhardo Cotio et Iohanni Wilhelmo Torrentino, id negotii Comes, vt ecclesias Comitatus reformarent ipsi ac quotannis lustrarent. Eundem eodem anno laborem, socio Torrentino, per Comitatum Waldeccensem exhaustit. Eadem tempestate Hamelmannus in periculum quoddam incidit, quocum ipsi haud leuiter fuit conflictandum. Ediderat enim a. 1555 librum de *traditionibus veris falsisque*, Bilefeldae adhuc scriptum: et a. 1556 libellum de *Eucharistia sacra et controuersis inter Pontificios et Lutheranos hoc de articulo agitatis*. Vterque typis excusus est Francofurti ad Moenum impensis Petri Brunbachii. Priorem librum laudat Quenstedius in *Dialogo de patria illustrium virorum* L. IV. p. 206. Chemnitius eum destinauit editioni nouae a. 1563, in litteris ad Matthiam Ritterum ecclesiasten Francofurtanum datis. In vtroque libro Pontificiorum dogmata erant acerbius notata: in posteriori mentionem iniecerat examinis, cui fuerat Dyffeldorpii submissus quondam, addideratque, patescere id exinde, Vlattenus vtrum veritati accedat, an erroribus sese obstringat. Administrum Ducis Iuliacensis, Dyffeldorpii tunc commorantis, hoc aegre tulerunt, ac, auctoritate Domini sui ad Hamelmannum premendum nefarie abusi, nomine Ducis ad senatores Francofurti ad Moenum dedere litteras, gravati, famosos in ipsorum vrbe formis publicis exscribi libros. Saeuiebat anno 1556 pestis per Comitatum Lippiensem ac Hamelmannus pro stipendio annuo duntaxat thaleros 46 recipiebat, quibus familiam suam aegerrime sustinuit. Anno 1557 exortae fuerunt lites inter Bernhardum, Comitem Lippiensem, ac Iohannem, Comitem Rietbergicum, quas gladio militari dirimere videbatur operae pretium. Vt Lippiensis hoste suo foret superior; a Wilhelmo, Duce Clivensi ac Iulensi, praefecto supremo terrarum Westphalicarum subsidia petiit. Respondit Ducis nomine Vlattenus Cancellarius, Ducem ei opem laturum haud esse, qui eum foveat, quem Herus suus odert, eo quod venenatis libellis famam suam obteri ab eo intelligeret. Legatus igitur Comitum percunctatus, quis iste esset obtrektor, id accepit responsi, Hamelmannum Duci et consiliariis ipsius esse opprobrio. Cancellarius Paderbornensis Henricus de Colonia non minus insistebat insectationi, in Hamelmannum coeptae, reformationis per Westphaliam summum ergodiocem. *Tantum religio potuit suadere maiorum!* Vt igitur Comes auxilia obtineret, necessum ducebat, Hamelmanno denuntiare exilium, cui senatus populusque Lemgovienfibus in signo de muniis suis recte administratis impertiuit. Idem fecerunt reliqui ecclesiae. Sic anno ineunte 1558 Brunsvicum peregre abiit ad D. Iohannem Morlinum, indidem Superintendentem, et Hamburgum ad Doctorem Paulum de Eitzen. Vterque ipsi suator et autor exstitit, vt Rostochium abiret et doctrinas eas, de quibus maxime cum aduersariis erat confligendum, disputationi publicae subiiceret ac testimonium orthodoxiae ab ordine theologorum impetraret. Accessit proinde ad primum ibi Evangelicum Superintendentem

D. Draconitem, quem paulo post ministerium ecclesiasticum spernebat et heterodoxiae insimulabat: nec minus ad D. Dauidem Chytraeum, theologum ac historicum adprime insignem. Ab his ceterisque eiusdem ordinis excipiebatur honore, quantus praestari potest homini litterato a litteratis. Ventilauit porro Kalendis Iuniis publice dissertationem (*) de *coena Domini*, per nudas theses citra demonstrationes conscriptam dignitatemque Licentiati theologiae reportauit, promotore Chytraeo. Interhaec bellum, quod vtrumque Comitem distinuerat, placide fuerat compositum. Rediit idcirco Hamelmannus Lemgoviam, inprimis quum pestilentia plurimos ibi incolas singulosque ecclesiasticas, excepto vnico Mauritio Sideritio, absumisset. Simulac pedem portae intulisset, a parochialibus suis interuentu Thomae Stonebuckii denuo ad pristinum munus resumendum vocatus est. Adnuit eisdem anno 1558 et per decennium operam suam eis accommodauit. Paulo post a collega nouo dissentire coepit, qui docebat, in pane consecrato rotundo paruum quoddam Christi non delitescere. Rem etiam eo deduxit apud senatum, vt criticus nouus nomine Waltherus ab officio depelleretur anno 1560, conquerente eam ob causam Philippo Melanchthone in epistola ad D. Hardenbergium data, cui profugum commendauit. Nil reliqui denuo fecit, vt iram Ducis Clivenfis et Cancellarii Vlatteni expiaret. Hamelmannus a. 1563 orationem de *quibusdam Westphaliae viris, scientia claris*, inscripsit Episcopo Monasteriensi Wilhelmo de Ketler, eam ob causam. Sed is sese excusauit, et negotium illud reliquit intactum. Nihilofecius per M. Sideritium collegam cum Cancellario Vlattenno in gratiam rediit. Anno eodem Hamelmannus ad D. Martinum Chemnitium querelas scripsit, litteris comprehensas, quibus turbulentum (a) statum ecclesiae luget. Deo quoque visum est, vt ipse in Ducis Clivenfis fauorem sese insinuaret. Nam Dux, evangelio sensim benignior redditus, Vlattenno nil obmouente, Hamelmannum mirifica prosequi coepit clementia. Hic testimonia e Patribus decerpserat, quibus docetur, fide sola hominem coram Deo iustificari. Hicce D. Iohannes Wigandus praefixit dedicationis formulam ad Ducem Wilhelmum, ac autorem adposite eidem commendauit. Eadem fere occasione vsus D. Dauid Chytraeus Rostochiensis, ad Ducem misit dissertationem Hamelmanni inauguralem, de qua paulo ante diximus. Hamelmannus ipse conscripsit *simplicem et breuem delineationem* (b) *urbium et oppidorum Westphaliae*, addita praefatione de *Veteri Saxonum idolo Irmensuel*, publicamque in lucem a. 1563 emisit, itidem Duci eidem inscriptam. Singula suscepit Dux fronte clementissima et serena, ac, dono haud leui in autorem conlato, Hamelmanno id operae detulit, vt ecclesiam Essendiensem ad normam euangelii reformaret. (c) Dum haec aguntur, fratres Comites Bernhardus ac Hermannus Simon suadentibus Iohanne Comite Waldeccensi et Alberto Comite Hoiensi, in animum induxerunt, ad puritatem evangelicae doctrinae Comitatus et Lippiensem et Spigelbergensem et Pymontanum perducere. Comites, Waldeccensis et Hoiensis, eum in finem miserunt praecipuos e numero theologorum suorum, Adrianum Buxschotium ac Michaëlem Iacobinum, ad Comites Lippienses. Quibus, horum iussu, sese adiunxerunt a. 1559. 8 Martii Mauritius Sideritius, Gerhardus Cotius, Iohannes Wilhelmi ecclesiastes aulicus ac noster Hamelmannus. (d) Hi omnes recolebant et peruolebant ordinationes ecclesiasticas, ab Amstelrodamo, Buxschotio et Corvino olim conscriptas, ac in eis nonnulla passim emendabant. Quo facto complexum ordinis ecclesiastici, a sese compositum, vtrique Comitum Lippiasium tradiderunt, et Hamelmannum muniis Superintendentis generalis aptissimum esse, perhibere. Interhaec decessit Bernhardus, Cancellarius Lippiensis, vir longe doctissimus, eique successit M. Ionas Tuntius, vir nasutus et nouitatum audius. Hic reiecit ordinationes ecclesiasticas, a Luthero ac Melanchthone adprobatas, et a Corvino confectas. E contrario dilaudauit ordinationem, quae in Ducatum Meclenburgicum sit inuecta. Quum Hamelmannus nonnulla monuisset in contrarium, nouis odiis ab homine nouo adfectus fuit, qui praeposteris adfectibus sese totum mancipauerat. Tuntius primo ecclesi-

(*) Otto Fridericus SCHYTZIIVS de Vita Dauidis Chytraei L. I. §. 37. p. 182. HAMELMANNVS in *Opp. geneal. histor.* p. 840.

(a) Litigatum tunc de necessitate bonorum operum inter Musculum et Praetorium. Videatur idem SCHYTZIIVS l. c. §. 39. p. 190. sqq.

(b) Confer *Opera eius geneal. histor.* p. 65-84.

(c) HAMELMANNI *Hist. eccles. renati Euangelii in Comitatu Raueniburgensi* p. 840. *Opp.*

(d) *Opera eius geneal. hist.* p. 853.

MIN
ben Donopientem He
Sacramentorum est
immoderati, ac e
impertiebantur. Sup
Lemgovienfes. In
Tuntius iussit conuoc
ecclesiasten Detmold
ecclesiastica Meclenb
tere, absente Hame
piensis, diem obit su
mitem Waldeccenfer
qui anno 1564. 18 Sep
de ordinatione ecclesi
retineri ad auertendan
delictarum et earum inl
Lemgovienfis et Ham
pernacissimus. Vt f
Lippienses pro praeda
(e) Comitatus Sterneber
meius de Schouenberg et
tum sceleris crimen ex
de vti! TUNTIUS h
ecclesiastica et frequentat
bandus videretur. Sup
valuerunt, vt munerē l
melmannum a maxima
ferat, quum anno 156
et ipse est Tuntius sua
natus, (f) recedente l
rat esse diuturna. An
cessit fuit, vbi Vian
bus, disputandum ipsi
fore. Eodem anno W
libertatem profitendi r
ne Pontificia secedebat
stim inter hosce contre
se (*) praeter Hamelm
qui confessionem fidei
istoriff impressa sunt ty
in autumnum anni 1566
Responsionibus ad dicta Pa
et a Feuſkingio, quanti
gere repetitus, sistit testi
que in sacra coena. A
et id primum curae sibi e
ab eruditiss piisque theolo
miltius, Superintendentens
Tubingensis, alique. Al
tante ex iussu Ducis praesi
in Ducatum Brunsvicensē
proinde est Hamelmannus

(e) In *Tr. de Antiqua Westph.*

(f) HAMELMANNI *Opera ge*

(*) CHYTRAEI *Chronicon Sax*

(g) I. A. SCHMIDTII in *Diff.*

(h) Leuckfeldius in *Historia Sp*

item Donopientem Henricum Nethlerum deiecit a munus lacris, praetextens, hunc labe Sacramentarium esse infectum. Ministri rei sacrae Lemgovienfes id ferebant animo immoderati, ac ecclesiae abdicato testimonium de vita et doctrina pura praestita impertiebantur. Supplicabant pro eo recipiendo ecclesiae Osnabrugenses perinde ac Lemgovienfes. In primis Hamelmannus causam depositi videbatur agere. Quare Tuntius iussit conuocari Sideritium et Groithusium, excluso Hamelmanno, nec non ecclesiam Detmoldiensem M. Iohannem ab Exter, ad deliberandum de ordinatione ecclesiastica Meclenburgica, heic introducenda. Sed hi noluerunt quidpiam certi statuere, absente Hamelmanno, ac inter tergiuersationes illas Bernhardus, Comes Lippiensis, diem obiit supremum. Designauerat ipse filioliis relictis tutores Iohannem Comitem Waldeccensem et Hermannum Simonem, Comitem Lippiensem, aliosque, qui anno 1564. 18 Sept. Hamelmannum iusserunt reliquis tribus theologis interesse ac de ordinatione ecclesiastica deliberare. Monuere eidem, veteres ordinationes posse retineri ad auertendam leuitatis admissae suspicionem. Itum porro ad visitationem ecclesiarum et earum instituendam reformationem, a qua vt Wippermannus, consul Lemgovienfis et Hamelmanni amicus, excluderetur, effecit Tuntius ille, suae opinionis pertinacissimus. Vt Hamelmannum excluderet, Comitibus patefecit, ipsum Comites Lippienses pro praedatoribus ac latronibus habuisse. Scripserat enim Hamelmannus: (e) *Comitatus Sternebergicus, mortuo ultimo herede Henrico, est factus PRAEDA vicinis Comitibus de Schouenberg et de Lippia.* En superciliosum criticum, qui ex vnica vocula tantum sceleris crimen extorquere potuit! Tanti est oneris, vnico verbo minus commode vti! *TUNTIUS* hunc locum ea malitia vrsit, vt Hamelmannus et visitatione ecclesiastica et frequentatione aulae interdiceretur, immo, quod grauius, muniis suis orbatus videretur. Supplices tamen Lemgovienfium litterae pro Hamelmanno tantum valuerunt, vt muneri sacro praesse haud desisteret. Deiecerat interim Tuntius Hamelmannum a maxima auctoritatis parte et a consortio instituendae visitationis excluderat, quam anno 1566 vna cum ceteris theologis in actum deducebat. Deiectus vero et ipse est Tuntius sua dignitate anno 1567 ineunte et e Comitatu Lippiensi exterminatus, (f) recidente ira in irae ministrum, cuius potentia scelere quaesita non poterat esse diuturna. Anno praecedente Hamelmannus in Hollandiam meridionalem accessit, vbi Vianae, inspectante nobili Domino de Brederode aliisque audientibus, disputandum ipsi fuit cum Arnaldo Rosenbergio, iconoclasiae patrono et defensore. Eodem anno Wilhelmus, Princeps Arausicanus, incolis Antverpiae permisit libertatem profitendi religionem, recentiori emendatione immutatam. Qui a religione Pontificia secedebant, erant vel Lutherani vel Reformati. Gliscebant igitur confestim inter hosce controuersiae de controuersis ac ritibus. Lutherani vocabant ad sese (*) praeter Hamelmannum et Flacium quoque Spangenbergium et Wolfium et alios, qui confessionem fidei et Agenda ecclesiastica consignabant. *Agenda der Gemeinde in Antorff* impressa sunt typis a. 1567. 8. Smalcaldiae. (g) Congressus theologorum incidit in autumnum anni 1566, (h) vti ex Chytraeo et Hamelmanni praefatione ad librum de *Responsionibus ad dicta Patrum Veterum in ecclesia* patet, qui a. 1568 Lemgoviae editus et a Feuckkingio, quantum ad praefationem adinet, in *historia colloquii leuerensis* p. 129 fere repetitus, sistit testimonia patrum ecclesiae de omnipraesentia Iesu Christi, praecipue in sacra coena. Anno 1568. 11 Iunii succedebat Dux Iulius patri Henrico Iuniori, et id primum curae sibi esse sinebat, vt ecclesias reformaret et inuisendas existimaret ab eruditis piisque theologis. Reformationis adiutores exstiterunt D. Martinus Chemnitius, Superintendens Brunsvicensis, et D. Iacobus Andreae, Professor theologiae Tubingensis, aliique. Ab hisce conscripta sunt Agenda ecclesiastica, quae a. 1569 ineunte ex iussu Ducis praestantissimi emissa sunt in lucem publicam Guelferbiti. Rediit mox D. Andreae Tubingam neminemque Wirtembergensium commouere potuit, vt in Ducatum Brunsvicensem ad docendum a vino ad cereuisiam transfret. Vocatus proinde est Hamelmannus Lemgovia, examiniq. a. 1568. 11 Dec. Guelferbiti submis-

(e) In *Tr. de Antiqua Westphalia*, p. 60. Opp.

(f) *HAMELMANNI Opera geneal. histor.* p. 821. sqq.

(*) *CHYTRAEI Chronicon Saxonicum* L. XXI, p. 207.

(g) L. A. *SCHMIDIVS* in *Diss. de Agendis ecclesiasticis* p. 41. sq.

(h) *Leuckfeldius* in *Historia Spangenbergensi* p. 27.

fus, cui D. Andreae et Chemnitius praerant. Inde amandatus est ad Ephoriam generalem Gandersheimensem, cui praeter tractum Hercenicum et Leinensem magna pars Episcopatus Hildesheimensis suberat. Quum Gandershemium accederet, a Capitularibus Pontificiis varia tulit incommoda ac Canonicatus adsignati reditus anno 1570 nondum per eorum consuetudines percipere potuit. Anno 1571 Cellis theologi convocati catechismum, Philippismo infectum, composuerunt ac ediderunt, pomum certe Eridos, unde causa est subnata, vt D. Iacobus Andreae ad formulam concordiae contextendam animum adpelleret. Philippismus enim tum Vitebergae et Lipsiae radices egerat. Theologi vero Tubingenses sententiam Lutheri et librorum symbolicorum mordicustuebantur. Nequid vero litis ingrauesceret, Dux Wirtebergicus Christophorus a. 1564 ad Electorem Saxoniae scripserat, petens, vt hic theologos Vitebergenses ad eloquendum rotunde, quid de reali Christi praesentia in sacra coena sentiant, adigerent. Responderunt ad 25 Apr. Paulus Eberus D. et Pastor ecclesiae Vitebergensis, Georgius Maior D. et Paullus Crellius D. sed ita vt responsionis caput declinarent et sententiam suam ex parte dissimularent. Legit Wilhelmus, Dux Luneburgensis, scriptum, eique manu propria haec subdidit:

„Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et illum coram patre meo, qui in coelis est - - Item dieses ist contra Petrum, der im ersten folio angezogen wirdt von den Wittenbergischen Theologen, das ein ieder sol bereidt sein, Rechenschaft zu geben seines glaubens iedermanne, der da es begehrt; wie vielmehr solte man in diesem hochwichtigen Artickel de Coena Domini frey heraus bekennen, ob die Wirtenbergischen recht oder vnrecht lehren. Dan Ihr der H. zu Wirtenbergk an mich nichts anders begehrt (wie er sonder Zweifell nichts anderst von dem Churfürsten zu Sachsen wirdt gleichgestalt begehrt haben) dan iudicium seiner des Churfürsten Theologen, ob seiner Theologen Lehre recht oder vnrecht sey. *Aber es ist zu besorgen, das leider etzliche, wie sich ansehen lest, gleiches glaubens und meynung sein mit vnsern aduersariis. (Calvinistis) Thue ich ihnen vnrecht, verzeihe mirs der liebe godt. Aber aus diesen Argwon, deuchte mich, kunthe man sich nich besser wirckhen, dan das man sich rundt erclerete, Ita vel Non, cum qua doctrina sentiant vel dissentiant. Aber hierum wil ich mich mit dieser kurtzen erinnerung ercleret haben, was ich von diesem scripto halte, doch mich vnd meyne Meynung ewren des Chemnitii censuræ vnd aller Armen christlichen Lehrer vnterworffen haben, mit bitt, der liebe fromme Godt wolle vns erhalten bey seinem reinen vnd allein seligmachenden Wort. Amen.*“

Wilhelm der Iunger H z B v L manu ppria.

Qualis fuerit Theologorum Tubingensium et nominatim D. Iacobi Andreae sententia de communione sub vtraque et reali praesentia Christi in sacra coena, optime patet ex eius responso, quod Iohanni Schnorio reliquisque Capitularibus Gandersheimensibus a. 1568. 23 Dec. manu propria dedit, quod quidem solidum, at copiosius est, quam vt heic inferi queat. Hamelmannus certe nunquam Cryptocalvianismo fauit, sed in ecclesia et paedagogio Gandersheimensi incorruptam professus est theologiam. Gandershemio certe aeterno decori et gloriae fuit tanti viri praesentia et doctrina. Designatus est Superintendens generalis a. 1569. 12 Febr. et accepit Canonicatum Iohannis Eggerdes. Anno 1568. 21 Decembris Dux Iulius de eius aduentu futuro Abbatissam fecerat iam certiore. Cetera ipsius Hamelmanni gesta commemorauimus in *Vita Magdalенаe Abbatissae* p. 986. sqq. Discessit ipse a. 1572. 25 Iunii et Canonicatum ad 28 Sept. resignauit. Incidit heic in Ducis odia, et partes labantes Capitularium infelicitate suscepit. Inde sparsa est fama, ipsum cum Pontificiis concludere. Quod crimen testimonio Capitulari, quod expetierat a. 1572. 4 Iun. (g) a sese depulit. Eodem anno euocatus est a Comite Oldenburgensi, vt Oldenburgi rebus sacris praesesset. Iter exeunte anno eodem iniit. Anno 1571 ipse a senatu Essendiensi arcessitus, confixit in colloquio publico religioso cum ecclesiasticis reformatis Casparo Iffelburgio, Hermanno Fronio et Iohanne Flassenmackero. Edidit de gestis in eo conloquio libellum: *Kurtze Anzeigung, was sich etlicher Religions-Sachen halber vor dem Rathe der Stadt Essen besprochen haben Lic. Hermann Hamelmann vnd Caspar Iffelburg.* Iffelburgius a. 1574 pariter

(g) Supra p. 1003. sq.

MINI
historiam colloqui illi
1573. mense Ianuario
XVI ac Antonius II.
dershemii substitutus
tem tanti laboris cum
Gandershemii relicta.
solaturus, Psalmum I
burgi tradidit. Com
Agenda ecclesiastica, qu
ppis excusa, sunt com
repetitusque ab Electo
pium recessit. Hamel
denburgensem ac Deln
niit. Anno 1574 sub
preferrent ecclesiasticae
Agenda dubia. Pauca
Sed scrupulos eis exem
1575. 20 Febr. obiit De
Comes Antonius Anab
subditis nouis, Hamel
loquium severense pri
tore D. Ioannes Andreae
20 II Introductionis Soga
colloqui D. Iohannes H
Sersvetiae publici iuris fi
baptistae, Hamelmanni
quam evangelicae doct
melmannus a. 1579 Li
specimen manuscriptu
Hamelmanni eidem su
ptembri mense fuerun
denburgico et Confisti
ad Chemnitium dedit
annes Guntherus et no
cordiae communi subli
Theologis rapiatur in l
dem agitauit Hamelma
ro Pezelio, ecclesiaste
in Hamelmannum sit et
nicon Oldenburgense v
libellos de familiis emori
a. 1711. 4. Lemgoviae
pico-historica de Westphalia
Obiit tandem a. 1595. 26
nalis. Vtrius sit error.
Vnr prior erat Elisabeth
filium, in immatura aetat
riam, Elisabetham et Ge
Emmum apologia edita
quam incorrupte produit,
falsus in *Historia Hamelma
Historici ad 19 adscendur
quorum lectorem dimitto
compendii conclusimus.*

(h) Chronicon eius Oldenburg
(i) Quae edita est teutonice i

historiam colloqui illius edidit et Hamelmanno varia obiicere non dubitavit. Obiit a. 1573. mense Ianuario Comes Oldenburgicus Antonius, cui successerunt filii Iohannes XVI ac Antonius II. Vt hi reformarent ecclesias, D. Nicolaum Selneccerum, qui Gandershemii substitutus erat in locum Hamelmanni, a Duce Iulio expetierunt, societatem tanti laboris cum Hamelmanno suscepturam. Vxor, *Elisabetha*, ab Hamelmanno Gandershemii relicta, obiit a. 1573. 15 Apr. Selneccerus igitur, Hamelmannum consolaturus, Psalmum Davidis XXXII versu heroico conscripsit, ac ei ad 20 Iunii Oldenburgi tradidit. Composuit vterque iunctis operis iussuque Comitum *Corpus doctrinae et Agenda ecclesiastica*, quae cum ecclesiasticis per Comitatum omnem, quum lenae essent typis excusa, sunt communicata. Labore eo exantlato Selneccerus rediit Guelferbitum, repetitusque ab Electore Augusto, a quo ad biennium Duci Iulio fuerat traditus, Lipsiam recessit. Hamelmannus vero ephoriam ecclesiarum generalem per Comitatus Oldenburgensem ac Delmenhorstanum, pauloque post per Dominium Ieverense, capessuit. Anno 1574 sub primordia mensis Iunii confessus solemniter sacer indicebatur, ut proferrent ecclesiae vniuersi sua, siqua fouerent contra corpus doctrinae nouum et Agenda dubia. Paucula monebantur ab hisce circa exorcismum et verba de S. Coena. Sed scrupulos eis exemit Hamelmannus munerique suo ex asse satisfacere coepit. Anno 1575. 20 Febr. obiit Domicella Maria de Iever, et, in Dominum Ieverense succedens, Comes Antonius Anabaptistarum ac Reformatorum dogmata ibi sustulit, volentibus ita subditis nouis, Hamelmanno colloquiis cum dissentium vno et altero amice conliso. Colloquium Ieverense primarium a. 1577 Lipsiae formis publicis fuit expressum, vnde potiora D. *Ioannes Andreas SCHMIDIVS*, praeceptor meus quondam incomparabilis, *Temo II Introductionis Sagittariae in Historiam ecclesiasticam* p. 1552. inseruit. Acta huius colloqui D. Iohannes Henricus Feustkingius, a. 1718 Gothae defunctus, denuo a. 1707 Seruestae publici iuris fecit, additis viri eruditi notis, qui colloquio interfuit. Anabaptistae, Hamelmanni demonstrationibus loco non relicto, consilium abeundi sequi, quam evangelicae doctrinae animum adplicare, maluerunt. Acta cum Anabaptistis Hamelmannus a. 1579 Lipsiae edidit. Inter haec D. Iacobus Andreae per Chemnitium specimen manuscriptum *formulae concordiae* ad Comites Oldenburgicos misit, qui suafu Hamelmanni eidem subscripserunt. Quod exemplum ministri ecclesiarum a. 1577 Septembri mense fuerunt imitati, praeeunte Iohanne ab Halle, I. V. D. Cancellario Oldenburgico et Consistorii ibidem adfessore. Litteras Hamelmannus anno 1579 ineunte ad Chemnitium dedit in hunc modum: "V. R. et Excell. Comes Schwartzburgicus Ioannes Guntherus et nostri Comites, praesertim Antonius, aegrius ferunt, quod Concordiae communi subscripsimus, *me autore*, cum a multis et Principibus et Comitibus et Theologis rapiatur in Disputationem, et D. Iacobus Andreae multis suspectus sit." Tandem agitavit Hamelmannus controuersias cum D. Alberto Hardenbergio et Christophoro Pezelio, ecclesiae Emdano, quorum hic permisit, ut libellus ignominis plenus in Hamelmannum sit editus, qui historias reformationis ecclesiasticae singulares et Chronicon Oldenburgense vicinus morti concinnauit. Anno 1586. 87. 92. edidit quosdam libellos de familiis emortuis. Plurima vero eius scripta demum ex MSto Guelferbitano a. 1711. 4. Lemgoviae sunt edita, quibus exstat inscriptio: *Hamelmanni Opera genealogico-historica de Westphalia et Saxoniam inferiori, congesta ab Ernesto Casimiro Wasserbach ICo.* Obiit tandem a. 1595. 26 Iunii. (h) In epitaphio designatur 27 dies Iunii loco emortualis. Vtrius sit error, non definio. Sepultus est in templo S. Lamberti 28 Iunii. Vxor prior erat Elisabetha Velftenia, defuncta Gandershemii, quae procreauit vnicum filium, in immatura aetate defunctum. Posterior Clara Perotta, ex qua genuit Mariam, Elisabetham et Gertrudem ac Iohannem, qui a. 1600 patrem aduersus Vbbonem Emmium apologia edita confutauit. De Chronico eius Oldenburgensi, quod nunquam incorrupte prodiit, variae post obitum eius exortae sunt lites, quas I. G. Leuckfeldius in *Historia Hamelmanni* (i) p. 130. sqq. recensuit. Libros Hamelmannus edidit 44; Historici ad 19 ascendunt, immo ad 21. Vides eos enumeratos loco laudato p. 160-166. quorum lectorem dimitto, ut ea plenius ibidem cetera legat, quae heic in cancellos compendii conclusimus.

§. III.

(h) *Chronicon eius Oldenburg.* p. 482.

(i) Quae edita est teutonice in 4. Quedlinburgi et Aschersleblae 1721;

* D. NICOLAVS SELNECCERVS.

Anno 1572 ipse successit Hamelmanno, quocum anno sequenti Comitatus Oldenburgici reformationem suscepit. (a) In lucem editus est a. 1532. 6 Decembris in oppidulo Noribergensi Herzbruck. Anno 1554. 31 Jul. Magistri dignitatem Vitebergae obtinuit. Triennio abhinc ecclesiastes aulicus Dresdensis euasit. Anno 1561 professionem theologiam lenae suscepit ibique varios libellos contexuit ediditque. Anno 1568 meruit eandem Lipsiae professionem, quorsum Dux Iulius ad 26 Sept. ei misit litteras, quibus ipsum in societatem Chemnitii et Andreae euocauit ad Ducatum Brunsvicensem, Iulio subiectum, reformatione evangelica immutandum. Iter ad eum eo nomine ingressi sunt D. Iacobus Andreae et D. Bartholomaeus Reichius, Decanus Brunsvicensis, ut eum, ad id opus promouendum, arcesserent. Causam cessationis ipse in valetudinem pertenuem coniecit, eodemque anno *Paedagogiam christianam* Graece ac Latine edidit. Anno 1570. 19 Martii Vitebergae Doctor theologiae creatus. Paulo ante denuo Dux Iulius ad eum misit Adamum de Steinberg, tribunum militiae suae, ut tandem impelleret iussu Electoris Saxoniae. Anno 1570. 26 Apr. descendit in voluntatem Ducis implendam, per quam ad biennium ecclesiastes aulicus et Superintendentens generalis ac consistorii Guelferbitani consiliarius deligebatur. Discessit eo fine Lipsia ad 17 Iulii. D. Wigandus, Professor theologiae lenensis, eum honorem Selneccero inuidens, litteras illico dedit ad Chemnitium, plenas obtreptionibus in Selneccerum. Anno 1571, mense Martio, inaugurationi paedagogii Gandersheimensis interfuit, et, post Ducem clementissimum, praefuit. Inuidi eum mox obiecerunt odio Ducis, quod tamen confestim eluctatus, recepit ab eodem Kalendis Decembris Ephoriam generalem Gandersheimensem et Alfeldensem, anno 1572, quacum professio in paedagogio theologia erat coniuncta. Anno 1573. 17 Ian. Dux Iulius Praeposito Lamspringensi Ionae Burchorfio id negotii mandatque dedit, ut curaret, ne Monachi Clusineses libros legerent fermento plenos, sed ut index librorum Pontificiorum conficeretur et ipsi ab usu communi remouerentur. Tum abiit Selneccerus in Comitatum Oldenburgicum. Paulo ante professionem illam *Psalterium Davidis*, vario versu latino donatum annis minus prouectis, ad umbilicum adduxit et in publicam lucem edidit. In calce libri haec leguntur: *Scriptum Gandesiae, anno 1573 die Maii 25, qui est dies Urbani, anno aetatis 42.* Ad 27 Maii librum Wilhelmo, Duci Brunsvicensium, inscripsit, addita praefatione poetica. Post Praefationem Psalmus inuenitur XXXII, quem Selneccerus, in Comitatu Oldenburgico versans, carmine expressit hexametro, eique praefixit haec verba: *Dedicatus R. et Cl. V. D. Hermanno Hamelmanno S. Th. L. cum ipsius cariss. et pudiciss. coniux ELISABETHA in Christo pie et placide obdormiuisset Gandesiae 15 Aprilis, consolationis loco.* Quum ad iter Oldenburgicum sese accingeret, intentus fuit Psalmo CXIX in versus transfundendo, eique filiis suis, in Paedagogio Ganderfemensi ad litteras incumbentibus, dedicando, quibus nomen erat Danieli et Georgio. Telam coeptam feliciter in sese suscepit ac elegiaco carmine expressit studiosus litterarum, paedagogio adfixus, Didericus Möllerus. Si verum fateri licet, Eobanus Hessus ac Buchananus in Psalmis, carmini adstringendis, Selneccero exstiterunt superiores. De oratione Selnecceri in praecipuos ecclesiae doctores supra dixi c. 4. §. 2. Quum Oldenburgicam fidei confessionem ac ordinationem ecclesiasticam per aestatem anni 1573 ad summum perduxisset fastigium, Guelferbitum rediit, et ibi ab Electore Augusto accepit mandatum repetendae professionis Lipsiacae. Quare anno ineunte 1574 vale vltimum dixit Gandershemio. Anno 1575 Dux Iulius, opera M. Christophori Fischeri Superintendentis Cellensis, Selneccerum percellere tentauit, ut professionem Helmstadii theologiam suscipere dignaretur. At ipse, coelo Misnico amior, substituit Lipsiae indidemque a. 1576. mense Iunio ad S. Thomae ecclesiasten, praeterea Superintendentem, ac dicasterii sacri consiliarium, agere coepit. Accommodauit sua consilia et laborem *Formulae Concordiae* in coenobio Bergensi ad Magdeburgum a. 1577 conficiendae, eique primus nomen suum subscripsit. Restitit in primis D. Iacobo Andreae, qui abrogationem Exorcismi suadebat, et dissidentes haud perplexe premebat. Anno 1583 vna cum D. Martino Chemnitio et D. Timotheo Kirchnero *Apologiam formulae concordiae* contra scriptum Neostadii in Palatinatu inferiori contextum editumque, in lucem edidit. Aucto interhaec eorum per Saxoni-

(a) I. G. Leuckfeld in *Historia Hamelmanni* §. 33, p. 108.

ximum numero, qui res erant, Selneccerum a. 1589 pro suggestu i Paulo post a munere mium, ad obeunda S catus inde a. 1592 Lipsius, ex quo mortem, Exstat ibi epitaphium

SS, Theob

Olim humili de st
tinis contigisset. Kir
fuit, sito prope Longo
Kirchnero. Erfurti ac
is Academiae doctorib
giasque praelectiones
pit. Inde ad Pastoru
dis, regendum adiit a.
vob reuocatus fuit. At
horatui *Herseleben* praef
lum adiacere nollet, a.
burg, in *Amvord* pro
flore suam, et ha
eum cooptauit in
patum Magdeburgicum
Chemnitium, eique a.
Anno 1568 Iohannes V
res ecclesis suis restitui
Kirchnerum revocare
cessit conatibus eorum
perintendentem Vinari
liaris, ac praeter eos M
nero, quippe vinculis p
undum. Henricus de
fis, quod ex Chemnitio
minis, quamuis Brunst
ecclesiam olim relictam.
burgensi interfuit colloq
phoritas. Ex eo tempo
Doctor Theologiae creatu
lenae professionem theolo
logis Vitebergensibus, Pl
Theologos ienenses. Qu
dershemium evocati, surr
generalis. Itinere Guelfe
res commendauit, quoru
nientem Kirchnerum maxi
le congruunt. Libertas e
cum aulicum exegit, rar
brum de *Disciplina*, qui Du
nerum intuleret eive littera
petit a Duce, ut Kirchneru
et fuisse infestum. Martin

xoniam numero, qui sententiae Calvinii de presentia Christi in coena Domini fauentiores erant, Selneckerus Lutheri et Augustanae Confessionis consultis inhaesit ac, in eos a. 1589 pro suggestu in templo grauius inuectus, Christiani I Electoris odium incurrit. Paulo post a munere suo, eodem iubente, deiectus, solum vertit et Palaeohildeshemium, ad obeunda Superintendentis ecclesiastici munia, a. 1590 sese contulit. Reuocatus inde a. 1592 Lipsiam ad resumendos pristinos honores, iter fecit morbo implicatus, ex quo mortem, vix redux, contraxit. Sepultus est Lipsiae in aede S. Thomae. Exstat ibi epitaphium huiusmodi:

Nicolaus Selnecker

*SS. Theologiae Doctor Clariss. Testamenti Chr. assertor constantiss.
pie obdormiens anno aetatis 62. in Christo,*

anno 1592. Maii 26.

hic sepultus quiescit.

§. IV.

* D. TIMOTHEVS KIRCHNERVS.

Olim humili de stirpe nati ad honores euehi solebant, si elucere iis et virtute et doctrinis contigisset. Kirchnerus est luculentissimo huius rei exemplo. Ipse in pago *Tülsfeldt*, sito prope Longosalsam in Thuringia, editus est a. 1533 patre aedituo Ioachimo Kirchnero. Erfurti ac Gothae studiis ita operatus est, vt XV annos natus Vitebergensis Academiae doctoribus nomen et animum dare posset. Quum philosophicas theologicasque praelectiones cupide audiisset, ludimagistri munus in pago Dachwich suscepit. Inde ad Pastorum ecclesiae in *Ferra maiori*, Wurmiorum generosissimorum praedio, regendum adiit a. 1554. Ad idem munus suscipiendum paulo post in pagum *Dachwich* reuocatus fuit. Anno 1560 lenae ad gradum magisterii ascendit, ac a. 1561 Pastoratui *Herbelebeni* praeesse coepit. Quum Synergismo Victorini Strigelii album calculum adiicere nollet, a. 1563 hoc munere fuit exutus. Henricus, vir nobilis de *Assenburg*, in *Amvorde* prope Magdeburgum commorari solitus, exsulem delegit Pastorem suum, et haut multo post ex consensu Archiepiscoporum visitatorum eum cooptauit in Superintendentem parochiarum suarum, per Archiepiscopatum Magdeburgicum sparsarum. Ex eo tempore crebris litteris salutauit D. Martinum Chemnitium, eique a. 1565 dedicauit libellum de salubri scriptorum Lutheri lectione. Anno 1568 Iohannes Wilhelmus, Dux Saxoniae, iussit expulsos per Thuringiam Pastores ecclesiis suis restitui, Strigelii partibus interea deiectis. Incolae proinde *Herbeslebiae* Kirchnerum revocare et ad Spartam pristinam ornandam reducere tentarunt. Intercessit conatibus eorum Henricus de Assenburg, datis quoque litteris ad M. Rosinum, Superintendentem Vinariensem. Responderunt Henrico Praedux Vinariensis cum consiliariis, ac praeter eos M. Rosinus et ecclesia Herbslebenensis ad eundem, ostensuri, Kirchnero, quippe vinculis pristinae ecclesiae nunquam soluto, ad Herbslebenenses esse redeundum. Henricus de Assenburg expetiit super hac re consilium ministerii Brunsvicensis, quod ex Chemnitio suo tum maximum trahebat splendorem. Kirchnerus nihilominus, quamuis Brunsvicenses responderent, vtrumque ipsi licere, maluit redire ad ecclesiam olim relictam. Anno 1568, ineunte vere, repetiit munus pristinum et Altenburgensi interfuit colloquio, vindicans puriorem doctrinam aduersus Maioristas et Adia-phoristas. Ex eo temporis articulo fortuna benignior Kirchnero adfulsit. Anno 1571 Doctor Theologiae creatus est ab ordine theologorum Ienensium. Anno 1572 obtinuit lenae professionem theologicam. Defuncto Iohanne Wilhelmo Duce; incitantibus theologis Vitebergensibus, Philippismo imbutis, Elector Saxoniae Augustus infestare coepit Theologos Ienenses. Quare opportuno tempore Kirchnerus in locum Selneckeri, Gandershemium evocati, surrogatus est Guelferbiti, decoratus dignitate Superintendentis generalis. Itinere Guelferbitum instituto ad a. 1573 ineuntem, Duci Iulio exsules fratres commendauit, quorum partem insignem Brunsvicenses receperunt. Iulius aduenientem Kirchnerum maximi fecit. At, homines ad cathedram aptos, non semper aulae congruunt. Libertas enim cathedrae et taciturnitas circumspecta, quam commercium aulicum exegit, raro in vno homine morantur. Inprimis Kirchnerus edidit librum *de Disciplina*, qui Duci Iulio minus adridebat. Ex eo Dux iussit, vt nemo Kirchnerum inuideret eive litteras redderet, quas ipse Dux non prius legisset. Chemnitius petiit a Duce, vt Kirchnerum sua rursus dignaretur gratia. Is respondit, sese nunquam ei fuisse infestum. Martinus Probstius, secretarius finium, rem interhaec eo perduxit,

Zz zz zz zz zz

vt

Kirchnerus, Selneccero Gandesiam derelinquenti et Lipsiam migranti, daretur successor, non solum in Ephoria generali, sed etiam in professione theologica, anno 1574 ineunte. Approbavit heic ita labores suos Duci clementissimo, vt, quum sub anni exitum Paedagogium Gandershemense in Academiam Helmstadiensem sese indueret, Kirchnerum Iuliae suae constitueret Directorem et Professore. Anno sequenti publici iuris fecerat librum quemdam M. Christophorus Fischerus, Superintendens generalis Cellensis, eumque miserat Dux Wilhelmus iunior ad Claram, Ducis Brunsvicensis viduam, tunc Falleslebiae degentem. Haec igitur a. 1575. Kal. Maii de formula loquendi Fischeriana: *Particula GRATIS non nisi in foro iustificationis excludit meritum et pretium nostrorum bonorum operum*, exquisiuit Kirchneri mentem. Ipse, nouam discordiae facem accendere, veritus, rem cum aliis Theologis communicauit, et in primis cum D. Martino Chemnitio. Misit responsum et libellum Fischeri de *cauendis pseudo-prophetis* Chemnitius. Vterque infimulauit Fischerum conlusionis cum Maioristis (a) et Philippistis. Sed ea exspirauit suspicio, quum hic Formulae concordiae subscribere non detrectasset. Anno 1576. mense Octobri, Kirchnerus Iulium ac Henricum Iulium, Duces Clementissimos, ad inaugurationem Iuliae accessuros, ante portam Helmstadii oratione nitida eaque latina excepit, ad quam ex tempore Ioachimus Mynsingerus de Frundeck, Cancellarius, iussu Ducum, eleganter respondit. Inauguratione peracta, Kirchnerus primus Academiae Prorector et primarius theologiae Professor a Duce renunciatus est. Adiecit ei dignitati Dux honores consiliarii ecclesiastici ac Superintendentis generalissimi. Anno 1579 Iulius Principes suos ab Abbate Huiseburgensi tonsionem recipere iussit, vt Episcopatibus praeesse possent. Obmurmurauit Kirchnerus; grauius sententiam Duci perscripsit Chemnitius. At Kirchnerus ex eo Zelo exhibito in tantum Optimi Principis incidit odia, vt solum vertere suasque res sibi habere iuberetur. Andreas de Meyendorf, in Vmmendorf sedens, vir nobilis et Theologus eximius a Chemnitio petiuit e continenti, vt Kirchnerum commendatione sua adiuuaret. Chemnitius fecit, quod exoratus erat, ac exsulem iudicauit dignum, quem reipublicae Hamburgensi et Electori Palatino cumulatissime commendaret. Kirchnerus, Helmstadio discessurus, ad 17 Febr. publice disputauit, respondente M. Iohanne Oleario, Tilemanni Heshuffi genero. Quo facto abiit ad coenobium Bergense. Vnde ipsum euocauit vidua Ducis Vinariensis, Dorothea Susanna, ad munus Concionatoris aulici ac Superintendentis, penes se, suscipiendum. Inde Kirchnerus abiit Erfurtum et exspectauit consensum Augusti, Electoris Saxoniae, metuens tamen sibi a D. Iacobo Andreae. Erfurtenses initio Kirchnerum recipere dubitabant, ne incurrerent in Iulii Ducis inclementiam. Sed ipse in forum prodiit ac senatui ita sese commendauit, vt iure ciuitatis donaretur. Quum consensio, ab Electore Saxoniae expetita, minus festinaretur, D. Dauid Chytraeus, Rostochiensis Professor, nostro munus ephoriae generalis Gustrouiensis obtulit. Vt Kirchnerus haesitaret, exinde factum est, quod ignorabat, an D. Beckerus, qui id muneris dereliquerat, in pace ab ecclesia sua fuerit dimissus. Petiit eo nomine consilium a Chemnitio, quem senatus Halae Magdeburgicae tum ad ecclesias vrbis amplissimae dirigendas arcessendum statuerat. Commendauit Chemnitius eo fine Kirchnerum. Adprobante commendationem Senatu magnifico, misi sunt Erfurtum legati, qui ad 17 Nouembris Kirchnerum, pro suggestu verba sacra facientem, audirent. Circa idem tempus Elector Palatinus Ludouicus Chemnitio obtulit professionem theologiae primariam, in Academia Heidelbergensi obeundam. Chemnitius iterum suo loco Kirchnerum, quem legati Electorales ea de causa acceperunt, commendauit. Secutus est Dei nutum noster et Heidelbergae in sua diligentia nihil desiderari passus est. *Apologiam* enim libri *Concordiae* (*) ibi vna cum absentibus Chemnitio et Selneccero composuit, nec non *Locos theologicos et Indices in Opera Lutheri*. Inscriptio est huiusmodi: *Lutheri teutschcr Thesaurus, vermehrt durch Tim. Kirchner*, fol. Francof. ad Moenum 1570. Prodiit porro Lipsiae 1585. 4. *Iacobi Godfriedi solida ac vera Historia Augustanae Confessionis*. Autores veri exstiterunt Timotheus Kirchnerus, Nicolaus Selneccerus, et Martinus Chemnitius. Historia ipsa primum erat germanice scripta ideoque sine nomine auctoris laudari solebat. Habet ipsa multum ex actis et publicis et arcanis. Dolendum est, stilum esse acerbiorum, et praeter historiam de sacramento coenae ad articulum X confessionis Augustanae pauca solide

(a) *Maior* in praetatione ad expositiones Evangeliorum ita mentem suam expresit, vt vix adpareat ratio cur bonus vir tantopere in crimen heterodoxiae praecipitatus fuerit.

(*) *Apologia oder Verantwortung des Christl. Concordien-Buchs*, Dresden, 1584, fol.

de tractari. Reforma
gustanae Confessionis,
ac Doctores Evan
Christi et sacra coena
dixi, Augustanae Conf
cant in Apologia. I
quo Theologi Neosta
parte secunda respon
prodiit anno 1583. He
curis Frederici IV Ioh
logis instruebat. Au

O Casimir

Anno proin 1583 Kir
nre tamen Deus in ip
cum vita finiuit a. 158
striae ecclesiasticae te
nerum Gandershemio
lorum nequaquam fur
rum, rationibus pol
nunquam discrepantib

Exstitit Selnecceri
publice recitata et senat
heimense, quocum vr
manno Schradero in Vi

Fuit primo Diaco
concordiae, amittique p
catalogum Abbatissaru

Successit a. 1606,
Dux praeesse iussit. In
est. Obiit a. 1625, sept

Ipsa Diaconatum C
strauit. A. 1613 euasit
praecleari exempli. Obiit
Ulligerodanus.

Functus est primo e
decessit a. 1659, aptior oliu

* M. IC
Successit a. 1659. libe
1666. Nepos ipsius ex pa
autam religionem, et Car
niti in monte resignauit ol
Gandershemii linguae Hisp

* Li
Erat antea Rintellii Pro
vt suffragium Capitulare sibi

de tractari. Reformati sub ficto Ambrosii Wolfii nomine emiserant *Historiam Augustanae Confessionis*, eo fine, ut lectores persuaderentur, Electores, Principes ac Doctores Evangelicos ab initio reformationis dogmata Calvini de persona Christi et sacra coena secutos. Huic libello Theologi opposuerunt nostri *Historiam*, de qua dixi, *Augustanae Confessionis*, ex Archivis Principum collectam. Ad hanc eidem prouocant in Apologia. In Parte priori Apologiae respondetur ad libellum Neostadiensem, quo Theologi Neostadienses Calviniani denigrarant formulam concordiae c. 1. 2. 3. In Parte secunda respondetur ad tergiversationes Theologorum Bremensium. Vtraque pars prodiit anno 1583. Heidelbergae in folio. Aut paullo post exspirabat Elector et tutor Electoris Friderici IV Iohannes Casimirus Heidelbergensem Academiam Reformatis Theologis instruebat. Audiebatur illa atrox Calvinianorum vox:

O Casimire potens, servos expelle Lutheri.

Anno proin 1583 Kirchnerus a statione sua denuo deiectus, in exilium emigravit. Mature tamen Deus in ipsum contulit munus Superintendentis generalis Vinariensis, quod cum vita finiuit a. 1587. 14 Sept. vir dexteritate et puriori doctrina plenus, magna historiae ecclesiasticae temporis sui pars et summum theologiae ornamentum. Post Kirchnerum Gandershemio equidem doctores boni non defuerunt; sed splendorem antecessorum nequaquam sunt adsecuti. Datum enim posthaec est multum familiis potentiorum, rationibus politicis, et finibus a purissimo theologiae instituto paullisper nonnunquam discrepantibus.

§. V.

* M. VALENTINVS GRESERVS.

Exstitit Selnecceri adfinis. Exstat eius concio sacra, sub noui anni 1575 auspicia publice recitata et senatui Halberstadeni inscripta, in qua exaggerat diluuium Gandersheimense, quocum vrbs anno praecedente fuerat conflictata. Lites eius cum Tilemanno Schradero in Vita Magdalenae de Clum recensuimus.

§. VI.

* M. MICHAEL RVPIVS.

Fuit primo Diaconus, deinde Greseri successor. Anno 1580 subscripsit *formulae concordiae*, amisitque peste plerosque liberos. Obiit a. 1606. sepultus 27 Febr. Scripsit catalogum Abbatissarum, et nonnulla poetica, at in lucem non emissa.

§. VII.

* REINERVS SCHRADER.

SUCCESSIT a. 1606, fidelior quam clarior. Anno 1613 Abbatiae Ringelheimensi eum Dux praefesse iussit. Inde a. 1622 ad Abbatiam Riddagshufanam moderandam euocatus est. Obiit a. 1625, sepultus in aede S. Magni Brunsvicensi.

§. VIII.

* M. IOACHIMVS POELING.

Ipse Diaconatum Gandersheimensem, dein Ephoriam sacram Grenensem administravit. A. 1613 euasit Superintendens generalis Gandershemensis. Opulentus fuit et praeclari exempli. Obiit a. 1646. Filius posthaec fuit Canonicus. Pronepos est pastor Elligerodanus.

§. IX.

* M. IVLIVS SATLER.

Functus est primo ephoria Grenensi, hinc Gandersheimensi ab anno 1647. 15 Maii. Decessit a. 1659, aptior olim ad recitanda aliorum scripta, quam ad elaboranda propria.

§. X.

* M. IOHANNES WILHELMVS MAIVS.

SUCCESSIT a. 1659, liberis gignendis accommodatior quam edendis libris. Obiit a. 1666. Nepos ipsius ex pastore Kirchbergensi in Italia ob caedem commissam eiuravit auitam religionem, et Canonicum agit ad S. Crucis Hildeshemii. Decanatum S. Mauritii in monte resignauit ob innumera litium obstacula. Imbuit Imperatricem a. 1705 Gandershemii linguae Hispanicae et pontificiae religionis notitia.

§. XI.

* Lic. IOHANNES HACKEMAN.

Erat antea Rintelii Professor Logices. Successit a. 1666. 17. Iulii. Totus in eo erat, ut suffragium Capitulare sibi vindicaret ideoque iuuenem iussit in grammatophylacium

Capitulare furtim inuolare, qui scripta inde depromeret, insciente et inuito Capitulo. Canonici id aegre tulerunt et per aedituum ei asperiora denuntiarunt. Ipse, irae impatiens, colaphos aedituo infregit, ideoque a sacro munere suspensus, inter lites obiit a. 1676. 16 Octobris. Filius ipsius Helmstadii Professionem Politices nactus, edidit libellum: *Reineke Voss mit dem Koker*. Quum minaretur transitum ad Pontificios, remotus est a dignitate et iam Viennae priuatim iuris peritiam studiosis praelegit.

§. XII.

* LVDERVS GERHARDVS WETBERG.

Ipse a. 1642. 2 Aug. in lucem editus est, patre Conrado, praefecto Gandersheimensi. Pietatem a parentibus et magistris hausit; eruditionem debuit M. Lohmeiero Rectori ad S. Andreae et Oldekoppio Conrectori, Hildeshemii. A. 1660 nomen dedit ordini Academicorum Helmstadii. Rixneri ab ore pependit et philosophiam edidit. Anno 1664 Ienae a Iohanne Musaeo et Niemann, Theologis clarissimis, theologicas praelectiones imbibit praecipue. Abbas Riddagshufanus H. Toppius ipsum commendauit dicasterio sacro Guelferbitano, vt Diaconatu Oldendorpii oppidi ornaretur, quem capessit a. 1668. 26 Apr. Triennio post Pastorum obtinuit in pago Golmbach. Rudolfus Augustus Dux, commendatione Toppii, tunc Holzmindensi ephoriae praepositi, eum a. 1677. 12 Sept. designauit Superintendentem generalem Gandersheimensem et 13 Sept. Abbatem Cluifinensem. Urgebat in primis, Clericis deberi decimas, schemate Levitico frustra inductus. (a) A Michaele Buttnero dura multa sustinuit. Vxor prior, ei nupta, erat filia Toppii natu minima. A. 1681 posteriorem adsumsit vxorem, Dorotheam Agnesam Reichiam, Christophori Ottonis Reichii filiam. Reliquit quatuor filios defunctus ex asthma et hypochondriaco morbo, quem ex clamore contraxerat consueto, a. 1687. 30 Iun. sepultus 20 Iulii. Oratione sacra eum ornauit M. Henricus Bettenius, Superintendentens et Pastor Alshufanus. Laudationem funebrem dixit M. Ludolfus Faber, Superintendentens Grenensis, qui in primis multa exemplorum copia docuit, moriendum esse hominibus. Epitaphium Wetbergii, tabulae inscriptum, seruat adhuc templum Gandersheimense cathedrale, vnde patet, ipsum natum esse et defunctum.

§. XIII.

* IOHANNES GEORGIUS WERNER.

Ipse quondam bonis artibus et scientiis ac pietate imbuit principem iuuentutis Augustum Wilhelmum. Pastorum administrauit ad aedem Augustopolitanam Guelferbiti et ad S. Mariae. Anno 1687 successit Gandershemii Wetbergio. Sustinuit multa a Fanaticis. A. 1702 designatus est Ephorus generalis Holzmundanus et Abbas Amelunxbornensis obiitque a. 1711. 27 Iunii.

§. XIV.

* CHRISTIANVS HENRICVS BEHME.

Venerabilis Abbas Amelunxbornensis primam lucem adspexit a. 1662. 3 Dec. Bodenwerderae. Progenitores ipsius paterni munia bellica et civilia praestiterunt fidelissima partim Caesaribus in Bohemia, Maximiliano II et Matthiae, partim Ducibus Wirtembergicis in Sueuia. Vnus adstitit et interfuit Carolo V in expeditione Tunitana; alius Leopoldo I glorioso officiis suis profuit. Horum posteris migrandum fuit in Saxoniam, quum ordines sub utraque discedere cogerentur. Ipse elementa studiorum hausit et auidè imbibit Hamelii. Anno 1682 Academicis Helmstadiensibus nomen dedit, et ad a. 1685 scientiis philosophicis theologisque operam nauauit indefessam. Speciminis loco edidit habuitque inter haec quatuor dissertationes de *IV Causis*. Anno 1687 Rintelium discescit, ibique, indulgente ordine philosophico, commendante D. Kahlero, professus est praelectiones, philosopho dignas. Inde vocatus Guelferbitum anno 1689, fratri natu maiori, nobilium adolescentum praepositi; et tum a secretis Serenissimi Ducis Ludovici Rudolphi, in curam generosae pubis successit. Anno 1690 Antonius Viricus, gloriosae memoriae princeps, nostrum praetecit institutioni, principi iuuentutis Ferdinando Alberto impertiendae, ac pietatis, Holfaticae Duci viduaeque AVGVSTI WILHELMII Ducis, quae adhuc est in viuis, instillandae, moderatorem dedit. Exeunte anno

(a) Decimae primae ecclesiae et eius doctoribus fuerunt plane ignotae. Cyprianus ep. 66. Quomodo Clerici sensim petierint Decimas, erudite recenset Ioannes Georgius ab ECCARD To. I. *Commen-sar. de Rebus Franciae Orientalis* L. XXIV, §. 181. p. 661. 199.

no 1693 suscepit par-
tialis est Gandersher-
cuius rei initium ad X
Wernero substituit, v
tractum Brunsvicense
ficatus est a. 1712 in
bient Duces clement
rationem alienatorum
coenobii renouavit, d
mentia et iusvis Ducur
per rescripta, de fide pa
monasticis, de antiquitat
tionem eorum remorat
felicitissima restitutio.
las redeat!

Vir, laudibus cur
firmatae doctrinae fidi
natus Obstfeldae, in I
pliae scientiis linguisqu
controversiarum Pietisti
fuerit peccatum et exim
stropolis Guelferbiti, cu
quas ratio temporis tere
cnicum et Leinensem,
mo, suscepit. Dexteri
tam, praedicant omne
sefe contulit, vt Ermil
clementissimus, elapse
adiunxit ephoriam per
logi editurus essem, fi
menta plenius ediffere
plura, ni officii mole v

Ministerium dominant
schafft ex Rom.
Reverendissima
minis fuit quasi
Augustian reformationis
libro acta iubilei
nomen trahit, n
gloriosae reforma
nos creberrime ac

* IOHANNES BI

Is, quem Quedlinbu
Christina Margareta Wag
suo ad honestissimas hui
maxime formauerat hauri
rus, sese contulit. Pepe
manni, Hannekenii, Ne
dorsu. Vt linguas orienta
tibus, historia ac Mathesi
Egidium Stranchium secu
schelii et Ioannis Christoph

no 1693 suscepit parochiam sacram Augustopolis Guelferbitanae. Deinceps a. 1702 missus est Gandershemium, vt fungeretur Pastoratu primario et Inspectione generali, cuius rei initium ad X Trinitatis fecit. Anno 1711 Dux clementissimus ipsum defuncto Wernero substituit, vt itidem esset Pastor primus Holzmindensis, Ephorus generalis per tractum Brunsvicensem ad Visurgim, et Abbas Amelunxbornensis. Munus illud aspiciatus est a. 1712 ineunte. Laudi ei ducendum, quod munera sacra inscienti nec ambientibus Ducibus clementissime obtulerint: quod Amelunxbornensi coenobio per recuperationem alienatorum multas conciliauerit accessiones reddituum: quod aedem sacram coenobii renouarit, domosque scholae et discipulorum reaedificauerit, adiutus clementia et iusis Ducum Serenissimorum. Scripsit commentarios *de regimine ecclesiastico per rescripta, de fide pastorali, de vero et natiuo sensu professionis fidei catholicae, de Statutis monasticis, de antiquitatibus Amelungesbornensibus ad historiam ecclesiasticam adplicatis.* Editionem eorum remorata est fidelissima collapsarum rerum Amelunxbornensium cura et felicissima restitutio. Optamus, vt Venerabilis fenex diu suis intersit, ferusque in coelos redeat!

§. XV.

* AVGVSTVS STISSERVS.

Vir, laudibus cunctis excellentior, ex familia clarissima, quae inde ab exordio reformatae doctrinae fidei ac morum munia ecclesiae Dei sacra diligentissime praestitit, natus Obstfeldae, in Ducatu Magdeburgico, patre rei sacrae et ibi et alibi antistite. Lipsiae scientiis linguisque, celeri ingenio alibi exceptis, addidit fastigium. Spectauit controuersiarum Pietisticarum semina, candideque edisserere nouit, quid vtrunque fuerit peccatum et eximie gestum. Primus gradus capeffendae rei sacrae fuit Augustopolis Guelferbiti, cui moderandae sese totum impendit, non immunia molestiis, quas ratio temporis ferebat. Anno 1712 Ephoriam generalem sacram per tractum Heranicum et Leinensem, ac prima natum Gandershemensem, Duce mandante Serenissimo, suscepit. Dexteritatem eius et diligentiam adamantinam vnicuique heic probatam, praedicant omnes. Anno 1723 vir, nunquam sine laude dicendus, Brunsvicum sese contulit, vt Ermischio in Ephoria ecclesiae ac scholarum succederet. Addidit Dux clementissimus, elapso quadriennio, ei nomen *Superintendentis generalis*, ac paullo post adiunxit ephoriam per praefecturam Campensem. Nisi ex professo vitam tanti Theologi editurus essem, forem longior, et ea adtingerem, quae temporum nostrorum momenta plenius edisserere nondum permittunt. Scripta edidit Stisserus elimata, daturus plura, ni officii mole vsquequaque in dies distineretur. Recensebimus potiora:

Ministerium dominantium, oder die hochwichtige Bedienung hoher Landes- und Stifts-Herrschaft ex Rom. XIII. 4. Hac oratione a. 1713. 9 Nou. Abbatissa Gandershemensis Reverendissima atque Serenissima Elifabeta Ernestina Antonia in auspiciis regiminis fuit quasi intromissa.

Augustum reformationis Brunsvicensis mnemosynon Brunsvici 1728. 4. Describuntur in eo libro acta iubilaei secundi Brunsvicensis, quod a. reformatione illius vrbis sacra nomen trahit, nec non series Pastorum cuiusque indidem ecclesiae a tempore gloriosae reformationis, ex qua patet, homines de schola olim penes Lutheranos creberrime ad moderandas ecclesias euocatos esse.

§. XVI.

* IOHANNES BERNHARDVS LVHNE, designatus, non infeudatus nec introductus.

Is, quem Quedlinburgum a. 1673. 19 Aug. ex patre Henrico mercatore ac matre Christina Margareta Wagneria genitum, dederat eruditorum teatro et in Gymnasio suo ad honestissimas humanissimasque litteras per M. Samuelem Schmidium Rectorem maxime formauerat hauriendas, anno 1691 Vitebergam, coronida studiis impositurus, sese contulit. Pependit heic ab ore Theologorum celeberrimorum Deutschmanni, Hannekenii, Neumanni, Casparis Loescheri, Schroeeri, ac Gottlibii Wernsdorfii. Vt linguas orientales addisceret penitus, Daffovio dedit operam. In antiquitatibus, historia ac Mathesi Conradum Samuelem Schurzfleischium, Polyhistorum, ac Aegidium Strauchium secutus est praeceuntes. In philosophia et litteratura Graeca Roeschellii et Ioannis Christophori Wichmanshauffii discipulus, posterioris vero conuictor,

Zz zz zz zz zz 3

ex-

exstitit. Quis infitiri auit, per spatium octo annorum permulta excipi et instillari posse? Octennio academico elapso, peragravit, Comitum iuuenem de Reussen comitatus, Belgium, Galliam et Italiam. Venetus (a) per triennium ecclesiasten Evangelicorum domesticum egit. Inde diuertit Augustam Vindelicorum et Lipsiam. Vitebergam eum retraxit Aegidius Strauchius, nil magis in votis habens, quam vt reducem videret sibi in professione Matheos adiunctum. Annus 1696 nostro *magisterium* peperit. Eodem anno edidit Dissertationes academias, vnam de *Poësis Graecis ante Homerum*, alteram de *Libanio Sophista*, ducem sociumque nactus Ioannem Guilielmum Bergerum Hala-Saxonem. Quo pacto, sacris profanisque litteris imbutus, animum ad docendum adiecit, ac ne illas sibi partes temere videretur sumsisse, Praefide Röhrenseo, tirocinium posuit, recteque stetit, doctrinamque suam conscriptis Academiae Patribus adprobavit. Hinc scholas aperuit priuatas coetusque iuuenum studia aemulantium non infrequentes habere coepit. Adiecit etiam Dissertationes nonnullas, oppido eleganter scriptas, tres quidem de *Immutabilitate iuris naturae* a. 1702. 1703. *Matthiae Friderici Beckii V. D. M. apud Vindelicos, vita muneveque sancti, Memoria*, ipso praefide a. 1703 *ab oblivione vindicata* fuit. Anno 1704 in Dissertatione pro Loco ab amplissimo Philosophorum ordine beneuole sibi concessio inuestigauit *Athon sanctum*. Innotuit postea per Spechtium, primum Superintendentem Guelferbiti, protecclesiasten aulicum et Abbatem Riddagshufanum, cuius filiam *duxit uxorem*, Serenissimo Duci ac Domino ANTONIO VLRICO, qui ipsum in aula sua verbi diuini ministrum renuntiavit. Destinauerat ipsum Dux beatissimae memoriae *AVGVSTVS WILHELMVS* ephoriae sacrae oppidi Brunsvicensis, ignorans, a Patre Serenissimo Ioannem Nikampium Hildesia in coenobium vicinum Sultense clam omnibus fuisse excitum generumque huius viri optimi Augustum Stifferum scripto principali designatum fuisse Ermischii successorem. Ne tamen cui non pateret, quam pro pensâ Ducis Augusti Wilhelmi in Luhnium esset voluntas, Eundem et protecclesiasten aulicum clementissime adpellauit annuaque auxit pensione, summosque Vitebergensi in Academia honores capessiturum ordini Theologorum multis luculentae gratiae significationibus commendauit. Vitebergae candidatus, et reportator laureae Doctoralis, de *Malo Indifferentistico passim inualecente* e Lutheri cathedra Orationem inauguralem ad 23 Aug. recitavit. Programma praemisit Decanus et Indifferentistarum malleus Gottlieb Wernsdorfius, in quo de Ernesto, Duce Brunsvicensi, eiusque studiis in academia Witebergensi illustratis potissimum disseritur. Ad 30 Aug. Luhnium ventilauit Dissertationem inauguralem de *Formularum fidei necessitate*, praefide Casparo Loeschero, fene tum et annis et meritis venerando. Eo ipso inter suos occulta sibi odia contraxit Luhnium. Negabant enim alii, Luhnium a Duce declaratum esse protecclesiasten, si quidem summus aulicus concionator et Ducis a confessionibus sacris erat Ven. Gottlieb Treuerus; collega vero Luhnii, Vir elogiis meis maior, *DREISSIGMARCKIUS* dignitatem Luhnianaem parem dudum sustinuerat. Accedebat inuidia sectaria, qua Academia recentior in veterem, orthodoxiae Lutheranae adfectatricem et nouitates horrentem, ferebatur. Nec deerat Stiffero suus Apollo, supremus quippe et primus consiliariorum Ducis intimorum. Academiam Vitebergensem Luhnio multum tribuisse vel inde patet, quod Theologi Vitebergenses operâ eius peterent a Duce Serenissimo, vt hic principem iuuentutis, Viennae ad castra Pontificia transgressurum, reuocaret. Ducis autem Vxor, ad omnem memoriam inclitissima, per Comitissam Holfaticam ad partes Halensium sensim deducta, Luhnium minoris sensim ducere coepit cum Vitebergensibus. Anno 1722 ad superos excessit Superintendentens Brunsvicensis Ermischius, Duci que Serenissimo salubre visum, in defuncti locum surrogare Luhnium toties laudatum. At potentior adlata est ratio de Ven. Stiffero, iam pridem tantae Spartaee destinato. Insiuit Luhnium ac loco spei luculentissimae anno 1723 ineunte reportauit febrim biliosam, dignitatem consilii ecclesiastici et designatum ecclesiae Ganderfemensis Pastorem primum cum Ephoria generali. Implicatus morbo et minus commode a domesticis habitus, aegre accessit Gandersiam, nonnullisque ibi colloquiis de ordine locoque Consilii Ducalis vltro citroque habitis candidus ille vir, qui cor plerumque in lingua gesit, Kalendis Decembribus diem obiit supremum, antequam ab Abbatissa Serenissima Canonicatum rite suscepisset vel vllum verbum extra parietes aedium Pastoralium fecisset.

(a) Vbi Deus ipsum ex praesentissimo mortis periculo, conclauis ipsius ruitis inuoluta, eripuit. Conf. Programma Gottlibii Wernsdorfii ad orationem auspicaem Luhnii, p. penult.

MINI
fecisset. Orationem fu
nus Brunshufanus, et
rei Rector Iohannes Cl
libris duobus felix, t
illius: Annam Marga
tum: Catharinam Elfi
Erant in Luhnio l
quentia magis popular
cus apertum et omnit
dentibemium an dignun

* BRAND.

Vir hic, si quis a
sequium, adloqui grat
deliastica, neminem r
quem callebat; in Hebr
adfectare, pro stultitia
Episcopum praescriptam
litem stomachi elimin
pebatur, fatius ducens.
cui, ad Archiepiscopum
lor au de la du Cardinal L
Cardinal Borromée par la
fuit. Primam lucem a
ne Paulo Wesemanno,
fit. Tradidit sese, nat
mensi ad Spream: dein
vero, Rectori et Conrec
miam, Helmstadii flore
meiero, haecceitatum v
biae *Witeburgis*, fratril
rico Kochio operam de
di in subiectum et obiec
riculo academico confe
densis, paulloque post
sulae *Dommesii* liberis
commorantes disciplina
darii Guelferbitani. A
bium Stederburgense, r
beret officia. Anno 172
nae sacrae Kissenbrugg
dershemii ecclesiastes pri
cibret, cogitatum est de
anetate posset obfistenti
fauerat, neminem hoc m
ranum, euentus ipse feci
Abbate introductus in not
probatissimus, neminique
dicare argumentis studeba
bat, idque suo perdocebat
doctrinis, quas nuper vm
runt, toto abhorruit pecto
boris socius, ex fastidio in
in lethargum incidit mortu

(a) P. II, L. I. *Lettres choisies*,
(b) Sic ipse perhibebat, mortu

fecisset. Orationem funebrem in eius honorem recitavit M. Ludolfus Faber, Praepositus Brunshufanus, et Superintendens Grenensis; laudationem lugubrem subiunxit Lycei Rector Iohannes Christophorus Harenbergius. Vxores duxit Luhnus, libris diues, liberis duobus felix, tres, vnam post alteram: Sophiam Elisabetham *Christiani Spechtii filiam*: Annam Margaretam Schwarziam, senatoris Brunsvicensis Marci Schwarzii natam: Catharinam Elisabetam Mallinkrot, quae oculos ipsi clausit.

Erant in Luhnio litterae egregiae, colligendae bibliothecae selectioris amor, eloquentia magis popularis, quam abstrusa et anxia, candor cum gloria coniunctus, pectus apertum et omnibus inseruendi cupidum. Veneror memoriam tanti viri, quo Gandershemium an dignum, an indignum fuerit, in praesens definire non libet.

§. XVII.

* BRANDANVS CHRISTOPHORVS WESEMANNVS.

Vir hic, si quis alius, festiuitate et salibus humanissimis excellebat. Candor, obsequium, adloqui grauitas et nitor, Suada ad aures populi accommodata, prudentia ecclesiastica, neminem magis commendabant. Litteraturam latinam Graecamque ad vnum callebat; in Hebraica non erat hospes. Sinceritatis sic erat amans, vt, sanctitatem adfectare, pro stultitia reputaret, bonusque esse quam videri mallet. Hospitalitatem, Episcopis praescriptam, in primis habebat curae cordique, vniueque parum ad imbecillitatem stomachi eliminandam adhibebat. Laudes per lucubrationum onus haud aucupabatur, satius ducens, recte viuere, quam eleganter scribere. Memini locum Balzaccii, ad Archiepiscopum Tholosanum haec praescribentis: (a) *Quand vous pourriez aller au de là du Cardinal Baronius, par la solidité de votre doctrine, il vaut mieux suivre le Cardinal Borromée par la sainteté de votre vie, et faire des choses à écrire, qu'écire de choses faites.* Primam lucem adspexit Wesemannus Guelferbiti a. 1678. 26 Ian. patre Iohanne Paulo Wesemanno, ecclesiaste Bodenburgi Steinbergiorum, quem praemature amisit. Tradidit sese, natus annos quatuordecim, erudiendum *Bödikero*, Rectori Coloniensi ad Spream: deinde *Rotaridi*, Rectori Prensloviensi: ac tandem *Iastramio* et *Bremero*, Rectori et Conrectori ad S. Catharinae Brunsvici. Contulit sese a. 1698 in Academiam, Helmstadii florentem, ac potissimum Doctoribus et Professoribus theologiae *Niemeiro*, haecceitatum vindici, *Wesio*, Nestori secundo, Henrico et Christophoro *Tobiae Wideburgis*, fratribus, nec non Archidiacono Eberhardo Finio ac M. Cornelio Diterico Kochio operam dedit. Ex Finio traxerat consuetudinem, propositiones bipartienti in subiectum et obiectum, licet eam veluti minus commodam reprehenderet. Curriculo academico confecto, instituit filios Bohnenstedii, Licentiati Medicinae Halberstadenfis, paulloque post a. 1703 Guelferbitum redire laborem suum docendis magistris aulae Dommessii liberis addixit, qui plus commendare valebat, quam centum in vno commorantes disciplinae. Triennio post praesse coepit curae animarum militis praesidiarii Guelferbitani. Anno 1721 ephoriam sacram Tidendem, cui innexum est coenobium Stederburgense, nactus, in eo vires labascentes exercuit, vt nemini non sua probaret officia. Anno 1723. 10 Oct. ingressus est auspiciis muneris noui, videlicet Ephoriam sacrae Kissenbruggensis. Obierat eo circiter tempore D. Luhnus, designatus Gandershemii ecclesiastes primus. Quum vero hic praeter opinionem, laetantibus nostris, obiret, cogitatum est de viro miti, et a patronis aulicis non ita instructo, vt per eos arietare posset obfistentium turmas. Abbas Venerabilis *TREVERVS*, qui nostro semper fauerat, neminem hoc munere esse digniorem, perhibuit. Quod iudicium haud fuisse vanum, euentus ipse fecit testatum. Nam a. 1724 circa Paschale tempus ab eodem Abbate introductus in noui muneris auspiciis. Capitulo et Principibus semper exstitit probatissimus, neminique vnquam maledixit. Vitia aliis non exprobrabat, sed ea eradicare argumentis studebat ac mansuetudine. Mulierem in ecclesia tacere, fas ducebat, idque suo perdocebat exemplo. A Fanaticorum et Visionariorum somniculosis doctrinis, quas nuper umbrae et imaginatio caeca per Angliam et Belgium euomuerunt, toto abhorruit pectore. Quum ipsi tandem magis obiceretur, quam daretur, laboris focus, ex fastidio in aegritudinem, ex aegritudine (b) in morbum, et ex morbo in lethargum incidit mortiferum. Obiit a. 1728. ad 13 Iun. Ex vxore *Anna Elisabeta*

(a) P. II. L. I. *Lettres choisies*, Lettr. 8. p. 211.

(b) Sic ipse perhibebat, mortis iam consanguineus. Fides esto penes autorem.

tha Kroeffia, Samuelis Kroeffli, Superintendentis Barenfis, filia natu maxima, fucepit 4 filios et 2 filias, quibus fata prosperrima adprecamur.

§. XVIII.

* IOHANNES IOACHIMVS IANI.

Roma id quondam in legibus suis saluberrimis fanciuit, ne cui ad templum Honoris, nisi per aedem Virtutis, aditus pateret, ac vt nonnisi gradatim ad dignitatum fastigia adscendere foret licitum. Ratio instituti praestantissimi est in promptu. Ita enim addiscebantur, vsu magistro, quae in eximiis vitae stationibus poterant adhiberi vsibusque communibus consecrari. Eodem pacto et gradu Vir Venerandus ad honores sacros sublatu est, ne ignoraret, quantum laboris et prudentiae cuius aetati et muneri esset proprium. Procreatus fuit in lucem parentibus honestissimis et pietate eximia conspicuis, patre quidem *Petro Ioachimo* iurisperito et ciue Brunsvicensi; matre *Gertrude Elers*, ex spectatae amplissimaeque familiae Brunsvicensis complexu oriunda. Natalis incidit in anni 1674. tertium Id. Mart. Vterque parens praematura morte extinctus fuit. Avus paternus *Henningus*, natus a. 1605. 18 Maii, Conrector exstitit Hildeshemii, post haec Rector a. 1644 Scholae Catharinianae Brunsvicensis constitutus, multa cum laude muneribus sibi demandatis perfunctus, ad superos abiit anno 1654. Henningus natus fuit ex patre *Iohanne*, qui per annorum quadraginta interuallum laboribus distentissimum Conrectoratu in Gymnasio S. Andreae, quod in oppido Hildesiae veteris tum emiuit, praefuit. Iohannis pater exstitit *Georgius*, quem exstitisse ab anno 1554 vsque ad annum 1597 Pastorem in Dudingem seu Duiem, loco prope Lauensteinensem praefecturam sito, ex annalibus fide dignis accepimus. Horum virtutes et doctrinam atque honores noster non solum adaequauit, sed nouis quoque adscitis radiis antecelluit. Licet enim praemature parentibus orbatus et tutorum consanguineorumque curae traditus fuisset; tamen nihil in sese desiderari passus est, quod ad culturam mentis augendam valeret. In scholis, Brunsvicensi et Vlzensi, ad humanitatem et pietatem imbibendam adductus: a Rectore Vlzensi Valentino Elfeldio, filii latini (*) egregio artifice, in primis ad Graeca, Ebraica et poetica promte instillata incitatus: ingressus numerum studiosae et litteratae iuuentutis in Academia Helmstadiensis a. 1700. 28 Apr. vbi ultra triennium praestantissimis diuinisque vacauit disciplinis: lustrata per diverticulum academiae Lipsiensis, Halas progressus, vbi in Fridericana, Rectore D. Paulo Antonio, a. 1703. 5 Iunii denuo nomen florentissimae iuuenum selectissimorum coronae, ad disciplinas superiores accommodatae dedit. Curriculum studiorum et excolendae pietatis ibi emensus, Ienensem lustrauit Academiam, annisque aliquot institutendae priuatim adolescentiae aliorum impensis, clementiam Dei et Serenissimi Augusti Wilhelmi in sese sensit singularem. Horum enim nutu legioni eiusdem Ducis, quae tum moderante tribuno Wildenheimio inter Belgas aduersus Gallos militabat, adiunctus est a. 1710. 17 Mart. tanquam Pastor castrensis, ac itineribus ad Duacum, Ariam et Bethunium factis in hiberna Traiecti ad Mosam discessit. Ex quibus, ineunte anno sequenti, reuocatus, Pastoratu Kirchbergensi a. 1711 praeesse iussus est, quem a. 1716 permutauit Pastoratu Kirchbergensi a. 1711 praeesse iussus est, quem a. 1710 permutauit Pastoratu Ortshufano. Inde eum Serenissima Abbatissa *Elisabeta Ernestina Antonia* euocauit, vt fungeretur munere ab anno 1722. 27 Nou. ecclesiae sui aulici, vna cum Compastoratu, ei collato a. 1723. 13 Ian. Defuncto Wesemanno ad annum 1728 in Primariatu successit, inauguratus III Dom. Adventus Domini, in perceptionem Canonatus intromissus a. 1729. 7 Ian. Vota idem nuncupat huiusmodi:

Floreat et vigeat celebris Gandesia nostra

Cum capite et membris, Christe benigne, velim.

Vxorem duxit a. 1711. 21 Apr. *Annam Catharinam Laudiz*, in Deo eiusque gratia inquirendis indefessam.

SECTIO II.

DE

Diaconis et Compastoribus Evangelicis.

1. *Conradus Hollenstede* et *M. Simon Gobelius*, cui successit *Augustinus Brinkman*. A foederatis Smalcaldicis a. 1542 constituti.

2. *Tile-*

(*) Hoc praesente noster fuit admodum diligens in elaborandis oratoriis poeticisque spe. im. in. bus.

M
2. *Tilemannus Sch*
que ferendis
ro sociam mi
flagitabat, S
tercesserunt
nam vitae de
3. *M. Michiel Rap*
Petri in villa
men subscrip
rali a. 1575.
4. *Arnoldus Grotian*
dotium exquil
tendentis.
5. *M. Matthias Rbo*
6. *Conradus de Lippe*
stedenfi in pr
7. *M. Ioachimus Pöli*
kenio Pastori
Grenam et inc
8. *Daniel Ruperus*, ar
9. *Arnoldus Grotian*
futuri temporis
huc vsus.
10. *Iohannes Gutjahr*
11. *Iohannes Chronius*
12. *Arnoldus Henricus*
quoque egit se
13. *Arnoldus Gotthof*
qui enixe stud
Wolfebuttelae
nioribus temp
exercuit sapien
tum florentissi
ne capessit a.
augeret, vxor
adipirasset, sic
1596 Diaconat
Pastoratu S. M
8 Iunii sensit et
in toga candidat
altera Christiana
14. *Iohannes Ioachimus*
stros diximus
15. *Iohannes Wilhelmu*
fare, ciue Brunsv
ineunte aetate stu
nem inprimis Cla
thofredi Vockeroc
cepit humaniores.
bonis moribus for
academicam feces
genfi ac Professore
tis doctrinae caele
expositionem codi
logia ascetica erudi
cae notitia imbutus
nustatem doctrinae

2. *Tilemannus Schraderus*, Canonicus et Compastor, vir aleae, computationibus libusque ferendis deditissimus. Hamelmanno, Selneccero et Kirchnero nec non Grafero sociam ministerii operam praestitit. Dux Iulius per Selneccerum a. 1571. 18 Sept. flagitabat, Schraderum dimitti eiusque in locum substitui Hardanum Halium. Intercesserunt vero Capitulares, Schraderus ab Abbatisa in custodiam coniectus, poenam vitae dedit temerariae. Reliqua vide in Vitis Abbatissarum.
3. *M. Michaël Rapius*, Diaconatu ornatus, suscepit redditus Pastoris S. Mariae, facelli S. Petri in villa noua, altaris S. Stephani ac legata senatus oppidani nonnulla. Nomen subscripsit a. 1580 Formulae Concordiae. Successit Grafero in Ephoria generali a. 1575. Poeta fuit mediocris, nec indoctus.
4. *Arnoldus Grotianus*, Alfeldensis a. 1575 in capessendo Diaconatu Rapium excepit, vir dotium exquisitarum. Paulo post euocatus est, vt fungeretur munere Superintendententis.
5. *M. Matthias Rhodius* ei successit, qui, a. 1588 munere suo abdicatus, solum vertit.
6. *Conradus de Lippe*, in eius locum surrogatus, a. 1590 abiit ad fungendum Pastorum Nienstedensi in praefectura Herzbergenfi.
7. *M. Ioachimus Pöling* ei successit a. 1590. 11 Oct. antelatus a consistorio Ducali Petro Hokenio Pastori Brunteshusano, quem Capitulum designauerat. Evocatus fuit illico Grenam et inde rursus Gandeshemium.
8. *Daniel Ruperus*, animal praedicabile cuius ad annum 1594 fit mentio.
9. *Arnoldus Grothufius* a. 1601. 22 Nov. concionem habuit primam, experimentum editurus futuri temporis. Interiit ex peste a. 1626. Dialecto, Saxonibus nostris recepta, adhuc vsus.
10. *Iohannes Gutjahr*. Verba sic fecit, vt praeter nomen de ipso nil exstet.
11. *Iohannes Chromius*.
12. *Arnoldus Henricus Flohr*, qui, vt vitam sustineret suamque aleret familiam, fabrum quoque egit scriniarium.
13. *Arnoldus Gothofredus Ballensiedius*, crine ruber, Proteus alter, vir omnium horarum, qui enixe studuit, vt singulis placeret. Auram vitalem adspexit a. 1660. 19 Ian. Wolfbuttela, patre satellite hastato Ducis Augusti. Guelferbiti et Cellis humanioribus tempus operamque impendit. In academia Helmstadiensi theologica sese exercuit sapientia. Anno 1684 Gandershemium adpulit, vt vitam penes Probstios tum florentissimos in formatione puerorum transigeret. Ex hospitis commendatione capessit a. 1688. mense Iulio Rectoratum, cuius redditus satis tenues vt honeste augetet, vxorem ex aula Decanae adsciuit, per quam ad Primarium Pastorum adspirasset, sicui eum Abbatisa et Capitulum tum demandare consueuissent. A. 1596 Diaconatu praefectus, a. 1705 Compastoratus elogium adsecutus, a. 1712 Pastorum S. Michaelis aulico adhibitus, annum climactericum supremum a. 1722. 8 Iunii sensit emortualem. Filius natus maximus exstitit Pastor Ortshufanus, alter in toga candidati atra obiit in collegio Riddagshufano. Supervixit Compastori vxor altera Christiana Rosina Troegeria, vidua pia et honestissima.
14. *Iohannes Ioachimus IANIVS*, Brunsvicensis, eius successor est idem, de quo inter Pastores diximus primarios §. 18.
15. *Iohannes Wilhelmus BOKELEM*, natus a. 1693. 3 Ian. Brunsvici patre Iohanne Balthasare, ciue Brunsvicensi, antistite rationum accepti et expensi ad S. Vldarici: ab ineunte aetate studiis optimis destinatus: ex sollicita parentum cura per institutionem in primis Clarissimi Rectoris Iohannis Alberti Gebhardi in patria et Cel. Gothofredi Vockerodtii, Rectoris Gothanum Gymnasium illustrantis, disciplinas excepit humaniores. Posterior ipsum existimavit dignum, cui filios suos et litteris et bonis moribus formandos traderet. Musis elegantioribus salutatis, a. 1714 ad vitam academicam secessit. Primo quidem Halis Venedorum a Venerabili Abbate Bergenfi ac Professore theologiae primario D. Ioachimo Iusto Breithauptio elementis doctrinae caelestis innutritus: a D. Ioachimo Langio et Paulo Antonio expositionem codicis sacri edoctus: a Ven. Augusto Hermanno Franckio in theologia ascetica eruditus: a Ioanne Heinricho et Benedicto Michaelibus linguae ebraicae notitia imbutus. Anno 1715 exeunte vale Fridericianae dixit, amplexurus venustatem doctrinae theologorum Iexensium. Aëris enim mutationem suadebant

imminentia minantis valetudinis incommoda. Ienam vt praeterret noſter academiis reliquis, gloriae, quam I. Fr. Buddeus, *inſtitutiones theologiae moralis et hiftoriae eccleſiaſticae* illuſtrans, quaquaerſum ſpergebat. Anno 1717 academiam luſtrauit Lipſienſem, delectatus doctrina D. Ioannis Adami Rechenbergii ac D. Ioannis Gotlobii Pfeifferi. Prioris laudat variam eruditionem; poſterioris perſpicuitatem cum ſoliditate ac dexteritate coniunctam. In philoſophicis bibit ex fonte curricula Philoſophici, quod inclitus et vexatiſſimus D. Andreas Rudiger expoſitione luculenta auditoribus aperire conſueuerat. Abhorruit tamen ſemper ab autocheiria certis conditionibus licita et theoria de anima, qualem docebat Rudigerus. Nec immerito. Stadium academicum emenſus ad annum 1718, in ordinem candidatorum miniſterii ſacri, qui collegium Riddagshuſanum incolunt, a. 1719 ex clementia Ducis Sereniſſimi regentis ſuſceptus, et, exacto decennio, iam ſenior ſui coetus a. 1729 Compactoratui Gandersheimenſi obeundo admotus, nil in ſeſe deſiderari patitur, quod muneri demandato congruit. Rem familiarem a. 1730 coniugio lectiſſimo cum ſpectatiſſima Anna Catharina Heiſingeri ſociauit, vidua beati eccleſiaſtae praefidarii Roſtochiensis, Electoralis Hannoverani, Leopoldi Frommii. Ex ſingulari gratia et ardore in rem eccleſiaſticam feliciter promouendam Sereniſſima Abbatiffa Eliſabetha Eraeſtina Antonia reditus Compactoris annuos auxit, cuius immortalis exemplum praefectus aulae Abbatialis, vir illuſtris et gloria ſcientiarum nemini ſecundus, Dominus Ioannes Antonius de Krol, ac ſatrapa generoſiſſimus Antonius Vlricus de Burchtorf ſecuti ſunt, rati, *Anteriorum eſſe, florem ſeu айдыва rei eccleſiaſticae*, ac pietatis incrementa ad ſummum ſplendorem et ad nunquam intermoritarum prouehere ornamentum. Deus, memor eſto illorum ſalutis!

Hiſce adnumerandi ſunt Diaconis et Compactoribus ſocii laboris Köpke, Kahnus, Witte Rector, ac Schulzius, quos Abbatiffa et Capitulares ſumtibus aluerunt ſuis, ne res eccleſiaſtica quid detrimenti caperet. Bibliothecae inſpectionem vnus Canonorum curat. Inſtitutionem nobilium puerorum aulae ſuae Abbatiffa ex aliquo tempore Rectori Lycei ſui cathedralis et capitularis demandauit. Dominus de Zanthier ex eis fuit quondam, autor libellorum nonnullorum, quibus ius publicum et hiftoria illuſtrantur. Obiit is a. 1730, dignus meliori fortuna.

CAPVT VIII.

DE

Schola Capitulari et Canonica Gandersheimenſi.

§. I. Origo. §. 2. Progreſſus.

§. 3. Eberhardus.

§. 4. Societas fratrum Kalendariorum et Scholarium.

§. 5. Scholae Lutheranae initium.

§. 6. Catalogus Rectorum.

§. 7. Vita et ſcripta Iohannis Chriſtophori Hardenbergii.

§. I.

Non ad cuticulam curandam, ſed ad laudes Dei concelebrandas ac per carmina propagandas, virtutemque et litteras excolendas monaſterium Gandersheimenſe fuit exſtructum et virginibus nobiliſſimis traditum. Canoniarum vna et altera initio inſtituit candidatas ſui ordinis et filias Imperatorum, Regum, Principum, Comitum ac Dominorum Nobilium. In harum informaticum numero floruerunt *Hathumoda, Richburga, Roswitha* et aliae, quarum memoriam deleuit obliuio. Creſcentibus opibus nudum *Scholaeſticae* remanſit cognomen et litteris ſenſim nullum pretium fuit poſitum.

§. II.

Quum Canonici rebus conlapſis ſuccurrent, crearunt e ſerie ſua nonnullos, qui ſcholam canonicam curarent. Innocentius III Pontifex ita edixerat, vt theologiae

M
gae ſeptemque art
Diaconatum et Rec

Talis fuit EVI
dente Abbatiffa Me
Saxonica, collecti
deducitur ab origin
toris, capitibus XL
Reges a tempore fu
ad Fridericum II;
Ludolfi Ducis vsque
1216, elapſis nemp

Saeculo XIV
annum 1366 (b) ſch
exiſtiterunt fratres K
et externo cantu fru
mereri praedicarunt
ni poteſt et confirm

Chriſto Deo deuot
HANNES ſanct
mus et ſignificamus
ad amorem noſtrum
cere caritatis accepta
ſalutarem, vos veſtr
ad vniuerſa noſtre pt
bis participationem t
ac aliorum omnium
miſſos operari dilige
veſtrum noſtro prouinci
bus noſtris deſunct
Brunſwig, anno dom

Anno 1513 cuius qu
bus addidit donatque
cenſu ſoluto ipſe cum
Exiſtant complura ſit
recenſere non videtu
fertones de tribus pr
fratres fraternitatis ſcl
tate hac alibi adduxi.

Anno 1542 exeur
Landgrauio Haſſiae Phi
nae Rectorem M. Iohann
Reſtituto autem terris
ctor, qui cum laude pra

Anno 1569 Georgiu
a. 1573 conuinxit Cano
1619. 25 Ian. Succellit
1607 Zacharias Lambert,

(a) G. G. LEIBNITIVS Intra
(b) Supra p. 1077.
(c) HAMELMANNVS Opp. 2

giae septemque artium disciplinas addocerent infimi Canonorum, qui Notariatum, Diaconatum et Rectoratum coniunctim administrare consueuerant.

§. III.

Talis fuit *EVERHARDVS*, Diaconus et Notarius, qui, regente heic ac praesidente Abbatisa Mechtilde prima, floruit. Conscripsit ipse *chronicon rhythmicum* lingua Saxonica, collectum ex annalibus ecclesiae Gandersheimensium vetustis. Initium eius deducitur ab origine ecclesiae ac producitur vsque ad tempora Henrici Sancti Imperatoris, capitibus XLI. Adiiuntur in fine catalogi duo: vnus continet Imperatores et Reges a tempore foundationis, a Ludouico iuniori Germaniae Rege et Arnulfo vsque ad Fridericum II; alter complectitur seriem Abbatissarum, inde ab Hathumoda filia Ludolfi Ducis vsque ad Mechtildem primam. Ipse opus suum ad finem perduxit anno 1216, elapsis nempe annis 360 a fundatione, vti patescit ex capite XVII. (a)

§. IV.

Saeculo XIV peculiaris scholae Rector impensis Capitularium creatus fuit. Ad annum 1366 (b) *scholares* memorantur, qui chorum frequentent. Circa idem tempus exstiterunt fratres Kalendarum; et *fraternitas Scholarium*, qui cultu diuino qualicumque et externo cantu fructum virtutis ac fortunae diuinitus impertiendae reliquis sese promereri praedicarunt. Dabimus chartam vnam et alteram, qua id ipsum comprobari potest et confirmari. En priorem:

Christo Deo deuotis Reuerendis Dominis *fratribus Kalendarum in Gandershem* frater IO.^{us} HANNES sancte *Theologie professor* fratrum minorum prouincialis Saxo, nuntiamus et significamus salutem et pacem in domino sempiternam. Deuotionem, quam ad amorem nostrum ob Dei reuerentiam et amorem habere vos didici, affectu sincere caritatis acceptans ac eidem deuotioni vestre vicissitudinem cupiens rependere salutarem, vos vestrosque successores, qui vobiscum eandem habuerint deuotionem, ad vniuersa nostre prouincie suffragia tam in vita recipio quam morte, plenam vobis participationem missarum, vigiliarum, orationum, ieiuniorum, castigationum ac aliorum omnium bonorum presentium tenore concedens, que per fratres mihi commissos operari diligenter ex beneuolentia potuerimus. Ad hec quum *obitus cuiusquam vestrum nostro prouinciali capitulo fuerit notificatus*, pro vobis fiet, quicquid pro fratribus nostris defunctis ibidem recitatum fieri communiter est consuetum. Datum Brunswig, anno domini M^o. CCCC^o. XXIII^o. mense Maii.

Anno 1513 ciuis quidam Sefensis fratribus reuerendis Kalendarum Gandersheimensibus addidit donatque domum suam areamque adiectam, ea quidem lege, vt annuo censu soluto ipse cum posteris possessionem retinere velit, manente tamen soli censu. Exstant complura similis liberalitatis ciuium Sefensium exempla, quae nominatim recensere non videtur operae pretium. Eisdem a. 1501 ciuis Sefensis donauit tres fertones de tribus pratis, antea societati fratrum illorum venditos, qui vocabantur fratres fraternitatis scholarium Gandersheimensium. Posteriores chartam de fraternitate hac alibi adduxi.

§. V.

Anno 1542 exeunte, reformatores, ab Electore Saxoniae Iohanne Friderico et Landgrauio Hassiae Philippo Magnanimo missi, constituerunt Scholae nouae Lutheranae Rectorem M. *Iohannem Cocksium*, Brunswicensem, (c) eique tres addiderunt collegas. Restituito autem terris suis Henrico iuniori, Duce, religio Pontificia fuit reducta et Rector, qui cum laude praeerat officio suo munerique, in exsilium fuit eiectus.

§. VI.

Anno 1569 *Georgius Iacobi* coepit moderari ludum litterarium, et cum Rectoratu a. 1573 coniunxit Canonicatum. Exeunte saeculo resignauit Rectoratum. Obiit a. 1619. 25 Iun. Successit ei *Iohannes Menneken*, defunctus a. 1606. Hunc excepit a. 1607 *Zacharias Lambertus*, qui resignauit munus 1610, 16 Apr. Successit *Henricus Clus-*

man

(a) G. G. LEIBNITIVS *Introduct.* in *To. III. Script. Brunswic.* n. III. p. 4.(b) *Supra* p. 1077.(c) HAMELMANNVS *Opp. general. et histor.* p. 824.

man a. 1610. 7 Maii. Ad annum 1613 obuius est *Philippus Maior*, qui valedixit a. 1613. 24 Apr. successorem nactus *Henricum Corvinum*. Post hunc commemoratur *Henningus Boleman*, haud secus ac *Iohannes Cromius*. *Wilhelmus Bresunius*, poeta latinus, facetiis excellit. *Christianus Andreas Sudfeld*, Gandersheimensis, plagosum ac severum egit Orbiliū. *Arnoldus Gothofredus BALLENSTEDIVS*, Guelferbitanus, genuinus Delii Rectoris Cellensis discipulus, ad aulae nutum accommodatus, et obsequio in omnes prono iucundus. Eo vnico naeuo laborabat, quod mathesin et philosophiam recentiore, vtriusque ignarus, ferre non posset, ex quo ad Diaconatum a. 1696 euectus fuerat. Ad micrologiam eius pertinet, quod cum Rectore Wittio digladiatus sit de translatione teutonica adpellationis: *patres conscripti*. Dignum patella operculum! Successit a. 1696 *Iohannes Theodorus ITIERSHAGEN*, antea Cantor, admotus a. 1702 Pastoratui Opperhusano, quem adhuc optimo cum fructu administrat. Substitutus est in eius locum *Henricus Christophorus KASE*, Gandersheimensis, quem Dux Serenissimus *LVDOVICVS RVDOLFFVS* a. 1707 Rectoratui Blankenburgico et custodiae bibliothecariae praefecit, nuperrime vero rude et munere ecclesiastico, in Hüttenrode obeundo, clementissime ornauit. Successit ei *Henricus Andreas WITTE*, Osterodensis, vir disciplinae tenax, et doctior desiderio ecclesiastarum. Vnde sibi inuidiam et ex improvida vindicta mortem Cellerfeldae, vbi a. 1714 capessuerat Rectoratum, contraxit a. 1719. *Otto Christianus BEERMANNVS*, antea Holzmindae in patria Conrector, successit Wittio, irascente Hagenio, quem a. 1720 Rectoratui Cellerfeldensi aca. 1732 Clausthalensi esse praefectum, nonnulli norunt. Beermanno obtigit a. 1720 parochia Bornhusana et a. 1724 Palaeoganderfemensis. Puritas stili, et Graecae linguae peritia, praeter dotes alias, virum humanissimum commendat. Frater ipsius ecclesiastes est Guelferbiti ad aedem SS. Trinitatis, vir linguarum, historiae et theologiae praecipue praestantia imbutus, nec ignotus orbi litterario ob varia, quae edidit, scripta, et controversiam de miraculo Ionae cum Hermanno von der Hardt anno 1718. ac sequentibus agitatum.

§. VII.

Ioannes Christophorus Harenberg anno 1696 in pago Langenholzen, olim Holtshufen dicto, natus patre Christophoro institore et agricola, matre Anna Wolfia, ob tenuissimam valetudinem litteris honestioribus praemature sese dedit. Alfeldae et Hildeshemii humaniora, quae vocant, studia ad finem perduxit. Plurimam eruditionis partem debet Ioanni Nikampio, Superintendenti Hildeshemii, ac Silvestro Tappio, cuique aedibus ac mensa ad sesquiannum fuit vsus. Ebraica et Rabbinica addidit a Lebrechto Felsio: Gallica a Bunaudio, viro eruditissimo, ortu Lugdunensi. Anno 1715 academiam ingressus est Helmstadiensem, ibique a singulis Professorum per quadriennium proficiendi gauisus est occasione satis opportuna. Auspice Ioanne Andrea Schmidio physicae experimentalis, theologiae et historiae ecclesiasticae dedit operam Ionae Conrado Schrammio in primis plurima in acceptis refert. Christophoro Henrico Ritmeiero praeside saepius *Disquisitiones Titianas* compunxit. Cui ob specimen nonnullum ex MSto Titii depromptum, limae expers; errores manifesti publice fuerunt exprobrati. In *Disquisitione XVII. n. X.* Decio imperium tribuitur vix in alterum annum, testesque laudantur Eutropius ac Aurelius Victor; quum tamen prior *biennium*. Deciano imperio tribuat, posterior *triginta menses*. Porro n. VI. Tremellii translatio distinguitur a translatione Iunii. Deinceps n. X. per mulierem Apocalypticam Ap. XII. intelligitur ecclesia noui foederis, decem persecutionibus pressa. At haec ecclesia non peperit masculum, qui in omnes gentes sceptro ferreo dominaturus erat. Ps. II, 9. Ap. II, 27. IX, 15. Laus haec ecclesiae Iudaicae debetur, propagini Iacobi, ex cuius filii Iosephi somnio imago mulieris, iudice *Ioanne d'Espagne*, fuit deducta. Obiecit vnus audacior, Iohannis Evangelistae verba authentica adleganda non fuisse, siquidem Victor Tununensis in Chronico refert: *Messalla V. C. Coss. Constantinepoli, iubente Anastasio Imperatore, sanctissima euangelia, tanquam ab idiotis Evangelistis composita, reprehenduntur et emendantur*. Additum Isidori Hispalensis testimonium. Telum hoc ex Collinii Angli pharetra erat desumptum, et iam Tubingae fuerat habetatum. At quum ex tempore Praefes haec spicula retundere non posset, in moerorem, vilipendium sui veritus, et morbum incidit, ex quo nunquam conualuit. Ita disputationibus sui sunt vsus et abusus. Sprecherus, Professor orientalium linguarum extraordinarius, fidelis per-

periode ac morosi V. T. celerioribus Arabicam linguam menta ex D. et At sputavit de *Alchimis Wideburgio*, nun Exegeta insigni, A nem, de *Specularib* subiecit. Nemini ologiam siue philof tor et mensae soci ni in aedibus D. Co praelegendi commi thecis et publicis et tes II priores Histo Anno 1719 inclinat sem et Halensem, plinis instrueret filiu Superintendentis ge inuitamentis, ab A NIA Gandershemiu eius vbi descendimu censionis eorum indt

1. Dissertatio de Deo, Dissertatio de Sp Iohanne Olderm Arabum philosophi fautore maximo
 2. Veri diuiniq; natale et Baptismi Christi
 3. Programma de Len
 4. Progr. de Globi cruricus Augustus c crucigeri Imperi hocce ex integro
 5. Disquisitio propemptic. Idolo Chino et Reg 1723. p. 733. sq.
 6. Iura Israelitarum in P num directa, Ep deshemi.
 7. Diff. de Ovo Paschali it
 8. Diff. de Taru Ezechiel
 9. Diff. de Praelio inter Io
 10. Miraculum duplex ad
 11. Schediasma pro indagat p. 105. sqq.
 12. Observatio de voce WU
 13. Observatio de Magis In
 14. Observatio ad locum Ro
 15. Inquisitio de Antiquitate
 16. Vindiciae Israelitarum a p. 624. sqq.
 17. De Vento in mensis uoc
- (*) Vt cum eo Magister litterarum gerentur, regi

perinde ac morosus, vtilissimus erat publi academicae. Nolter intertuit eius expositionibus V. T. celerioribus, praelectionibus Syriacis, Chaldaicis, Rabbincis, Samaritanis, Arabicam linguam addidit ex M. (*) Ioanne Gothofredo Lakemachero: Italicae elementa ex D. et Abbate Ioanne Fabricio. Praefide eodem Lakemachero, publice disputavit de *Alchindio Arabum philosopho*. Fundamenta matheos hausit ex Amplissimo Wideburgio, nunc Professore Ienensi, Wagnero, et colloquiis Ioannis Oldermanni, Exegeta insigni, Astronomo, Physico et Litteratore insigni, quo praefide Dissertationem, de *Specularibus Veterum* proprio Marte conscriptam, a. 1719 ventilationi publicae subiecit. Nemini tamen plus debet quam Illustri Gottlibio Samueli Treuero, siue theologiam siue philosophiam, praecipue practicam, spectes. Per annum et vltra conuictor et mensae socius fuit Oldermanni, Hahniique Professorum, ac I. G. Lakemacheri in aedibus D. Cornelii Diterici Kochii. Ex hisce momentis facultatem impetrauit praelegendi commilitonibus elementa linguarum orientalium, vtendique libris e bibliothecis et publicis et priuatis. In primis bonam partem testimonia historica, ad Partes II priores Historiae Imperialis Hahnianae adnotata, e libris collegit et decerpit. Anno 1719 inclinante iustituit per diuerticulum academias Saxoniae superioris, Ienensem et Halensem, et, instante nouo anno, secessit Halberstadtium, vt litteris et disciplinis instrueret filium consiliarii regiminis et aulici Kochii senioris filiosque Teuberi, Superintendentis generalis. Paulo post inde euocatus est promissorum egregiorum inuitamentis, ab Abbatissa et Duce Serenissima ELISABETA ERNESTINA ANTONIA Gandershemium, vt Scholae Capitularis capefferet Rectoratum. Ad scripta eius vbi descendimus, non singula pronuntiamus maioris esse momenti, sed ordini reuensionis eorum indulgemus, nequis ei aliena adfingat vel propria detrahat.

1. *Dissertatio de Deo*, praefidente et autore Iona Conrado Schrammio Helmstadi 1718.4. *Dissertatio de Specularibus veterum, ad illustrandum locum 1 Cor. XIII. 12.* praefide Ioanne Oldermanno, L. Gr. Prof. 1719. 4. Helmstadi. *Dissertatio de Alchindio Arabum philosopho celeberrimo*, praefide et autore Ioanne Gothofredo Lakemachero, fautore maximo, 1719.4. Helmstadi.
2. *Veri diuinae natales circumcissionis Iudaicae, templi Salomonei, Musices Dauidicae in sacris et Baptismi Christianorum Halberstadtii* 4. 1720.
3. *Programma de Lenitate frigoris hiberni in Germania sensim crescente*, Goslariae 4. 1721.
4. *Progr. de Globi crucigeri Imperialis origine et fatis praecipuis* 1721. 4. Hildesiae. *Friedericus Augustus de Zanthier*, discipulus quondam noster, in libellis suis de Globi crucigeri Imperialis origine et Clenodiographia Imperiali cum fide Programma hocce ex integro transcripsit, paucis hinc inde adfuitis.
5. *Disquisitio propemptica*, Ven. Augusto Stiffero Ephoriam Brunsvicensem gratulans, de *Idolo Chiun et Rephan*, Brunsvici 1723. 4. *Conf. Gelehrte Leipziger Zeitungen* a. 1723. p. 733. sq.
6. *Iura Israëliitarum in Palaestinam*, quibus adiuncta est gratulatio ad Ven. Wesemanum directa, Ephoriae generali Gandersheimensi tunc admotum. 1724. 4. Hildeshemii.
7. *Diff. de Ovo Paschali* in *Bibl. Brem. Class. VI. fasc. 5.*
8. *Diff. de Tav Ezechielis*, ibidem fasc. 6. n. 3.
9. *Diff. de Praelio inter Iosiam et Nechum ad Megiddo*, ibidem fasc. 6. n. 6.
10. *Miraculum duplex ad Siloah*. *Class. VII. fasc. 1. p. 82. sqq.*
11. *Schediasma pro indaganda aquae ex Siloam haustae antiquitate ad Es. XXX. 29.* ibidem p. 105. sqq.
12. *Observatio de voce שער ad Amos. I. 1. et Zach. XIV. 5.* fasc. 3. p. 468. sq.
13. *Observatio de Magis Iudaeis*, ibidem p. 470. sqq.
14. *Observatio ad locum Rom. V. 7.* ibidem p. 473. sqq.
15. *Inquisitio de Antiquitate translationis N. T. Syriacae*, ibidem p. 480. sqq.
16. *Vindiciae Israëliitarum a furto et dolo in Aegyptios commisso ad Ex. XII. 35. 36.* fasc. 4. p. 624. sqq.
17. *De Vento in meridie noxio ad Ps. XCI. 6.* p. 637. sqq.

18. Com-

(*) Vt cum eo Magister fieret, fualit ordo philosophicus excellentissimus. Sed deerat nostro neruus rerum gerendarum, regina pecunia,

18. *Commentatio de definiendo conscriptae posterioris ad Corinthios epistolae anno fasc. 5. p. 886. sqq.*
19. *Demonstratio de Labe insita fasc. 6. p. 1008. sqq.*
20. *Iobi descriptio c. XXVIII. 1-11. de modo eruendi aurum atque argentum in Arabia et Aethiopia Class. VIII. fasc. 1. p. 93. sqq.*
21. *Commentatio de Oratione per spiritum et veritatem ad Io. IV. 23. 24. fasc. 2. p. 331.*
22. *Defensio receptae lectionis in locis Gal. II. 3. 4. 5. contra Battierium p. 104. sqq.*
23. *Christus Galatis ob oculos delineatus Gal. III. 1. fasc. 3. p. 386. sqq.*
24. *Cribratio, quam Satanas Apostolis parauit ad Luc. XXII. 31. 32. p. 414.*
25. *Exegetica Psalmi CXVIII Dauidici enarratio. fasc. 4. p. 605. sqq.*
26. *Adnotationes criticae ad voces מרכון, מרכון, מרכון 1 Par. XXIX. 7. &c. p. 623. sqq.*
Ostenditur, numum Perficum $\Delta\alpha\rho\epsilon\iota\sigma\iota\omega\nu$ intelligi, additurque huius pretium, et insigne.
27. *Observatio de Monte, ex quo Moses et Christus Palaestinam Spectarunt, fasc. 5. p. 853. sqq.*
Suspiciatur autor, utrumque fuisse verticem montis Nebo.
28. *Observatio critica de aetate conscriptionis libri Iosuae fasc. 6. p. 959. sqq.* Obiectiones Simonii et Pinii diluuntur.
29. *Ros Hermonis, descendens in montes Sionis ex Pf. CXXIII. 3. p. 970.* Posthaec intellexit, latere profundum in hoc rore mysterium. Nam ethnici quondam dicebantur Aramaei, ut ex translatione N. T. Syriaca patet. Hermon autem seu Antilibanus erat tum domicilium hominum, a religione Iudaica alienorum. Quum vero a Iudaeis ad gentes ceteras religio purior transiit, et vaticiniis aperte docetur, a gentibus ad Iudaeos conuertendos transitum instare; ros Hermonis symbolum est saluberrimi et recreantis evangelii, a gentibus ad Iudaeos, quorum sacra montibus Sionis erant adfixa, transituri et hos quoque collustraturi.
30. *Observationes quaedam physicae de generatione lapidum figuratorum, insertae Actis eruditorum latinis, Lipsiae editis a. 1727. p. 136. sqq.* Haec observationes Angli, Physicorum mathesi imbutorum facile principes, Londini recuendas curarunt in libro: *New Memoires of Litterature* Londae a. 1727. M. Aprili, art. 2. Conf. *gelehrte Leipziger Zeitungen* a. 1729. p. 1000.
31. *Expositio vocis מרגמה in Museo Bremensi Vol. I. P. I. Diff. 6. p. 135. sqq.* Ostenditur, vocem notare margaritam.
32. *Ad locum Prov. XXXI. 21. ibidem p. 159. sqq.* Notatur, voce שנים et שני notari $\sigma\omega\omega\pi\iota\delta\alpha$, minium fossile Sinopicum, quo parietes aedium induci pingique solebant. Vox autem שער indubie est scyrium Plinii.
33. *Absolutismus prostrigatus P. II. diff. 2. p. 214. sqq.* Vir Celeberrimus, qui, haec contra sese dictum esse, existimavit, ideoque in praefatione, orationibus academicis praemissa, nonnulla obmoliri studuit, indubie sese aliosque fefellit.
34. *Vberiora cogitata de Magis Iudaeis, ad Iesulum accedentibus. P. IV. Diff. 2. p. 644. sqq.* Satisfactum inibi censori, qui in *Beytrag zum alten und neuen* sententiam Harenbergii halitu vno sese distaturum confusus fuerat. Adprobarunt sententiam eandem Almeloweenius, Samuel Reyherus aliique.
35. *De Nive, Palaestinos intra messis tempora recreante Prov. XXIV. 13. Vol. II. P. I. diff. 2. p. 36. sqq.* Nivem, in Antilibano per aestatis tempora iacentem, homines vino immittebant et sic sese refrigerabant.
36. *Expositio de eis, qui suffitum instituerunt in gratiam vetis sui ad Hab. I. 16. 17. Diff. 3. p. 52. sqq.*
37. *Ochematologia diff. 6. p. 114. sqq.* Probabiliter inquiritur in spirituum finitorum $\sigma\chi\eta\mu\alpha\tau\alpha$. Cantzius, Bulfingerus nuper et ante Innocentii III Papae decretum, haec sententia fuit in ecclesia christiana vbique recepta.
38. *De pelle orcae, comparata cum sigillo ex smiri lapide ad Iob. XLI. 6. P. II. diff. 7. p. 287. sqq.* Ostenditur, smiriten seu smirin, Schmergel, ebraicae voci שמיר et saepe voci צור respondere. Haesitauerat circa Iobi locum, qualis apud Alexandrinos legitur, Theodorus Hafaesus.
39. *De vera significatione vocum חולעת שני תכרה, ארגמן, et שש משורר diff. 8. p. 297. sqq.*
40. *Commentatio de Deo, mundo, anima et fato a. 1726. 4. Francofurti et Lipsiae.* Auctores, qui Acta eruditorum Franconica colligebant, libro recensito coniecturam sub-

coniecerant, rati, in
 consensionem vberiores
 Autor posthaec non
 mauiit, gratum Deo
 et vinum adfertur.
 mus ad 1) CROSAM
 Idea curis divini, quod
 exemplo Christi redarg
 burgi 1729. 8. Rece
 a. 1730. M. Jun. p. 2
 thecae theologiae
 suam virgulam in hu
 quam comprobavit,
 adlinem, Directora
 destinauerant, calur
 tim discurrebant, de
 Illustrem Perfichium
 erat submoturus. S
 tui et oppido reddi i
 dolo Ioanni de Wr
 imbueret opinione h
 At is nihil motus ina
 nius denigrauerat, o
 Syndicatu fungeretur.
 ignorat, quam ideo
 demonstrationis form
 Quum igitur ignoret
 que et verbalis capta
 primum ultra crepid
 ri oculati et cordati,
 theca selecta theologica
 sqq. Dolendum est
 nus conflictatur, tu
 transcribendo. Ali
 protulisse, vbi scripsi
 farripuisse. Ita iudic
 moriae indicium. H
 p. 113. ad feminas in
 scripisse dicitur, cuius
 statum in praefat. Od
 aliena sunt?
 1. Encrinos seu liliam lapide
 diturum Actis a. 1732. m
 2. Progr. de Articulis Suobac
 3. Progr. das Nordliche als
 Brunsvici.
 4. Epistola ad Theologoru
 lis et calceis ex pelle b
 שתי. Italis cicalo dic
 nuper defunctus, indi
 Diff. 9. S. 23. p. 601.
 phiae insultauerat, suat
 tionem postea supervact
 5. Differtatio de Quirino Kru
 si Vol. II. Part. IV. p. 651
 in bibliotheca viri plurim
 sub-

subiiciebant, rati, fetum Mulleri, Professoris nunc Gieslenis, heic latere. Recensionem vberiore vide in *Actis Eruditorum latinis Lips.* a. 1726. p. 455. sqq. Autor posthaec nonnulla, liberius dicta, minus adprobavit. Olim vero existimavit, gratum Deo opus praestari, quando graviora passis vulneratisque oleum et vinum adfertur. Posteritas iudicabit incorruptius. Edidit epistolam Anonymus ad 1) CROSAM. Sed ad eam noluit noster quidquam regerere.

41. *Idea iuris diuini, quod theologorum est in conuincendo et refutando, illustrata et deducta ex exemplo Christi redarguentis Sadducaeos Matth. XXII, 23-33 exposita et vindicata.* Hamburgi 1729. 8. Recensionem plenior habes in *Actis Eruditorum latinis Lips.* a. 1730. M. Jun. p. 261-269. Iacobus Fridericus Reimmannus in Catalogo bibliothecae theologiae systematico-critico, Hildesiae 1731. 8. edito, dictatoriam suam virgulam in hunc libellum sibi sumit p. 499. sq. eaque, quae effudit potius quam comprobavit, dedit singulari adfectui, quo penitus ferebatur in Panzerum adfinem, Directoratui praeficiendum, et Harenbergium, quem plures ei muneri destinauerant, calumniis et suis et atratorum nonnullorum sodalium, qui ostiatim discurrebant, deprimeret. Maiorem impudentiam et audaciam euomit in Illustrum Pertschium, Syndicum paulo post Hildesiensem, quem eisdem artibus erat submoturus. Sed frustra. Nec satis erat Reimmanno, Harenbergium senatui et oppido reddi iniustum. Libellum suum quoque dedicabat Illustri Baroni Rudolfo Ioanni de Wrisberg, qui Harenbergium senatui commendauerat: vt hunc imbueret opinione humillima de Harenbergii studiis meritisque in rem litterariam. At is nihil motus inani Reimmanniano sensu, Pertschium, quem Reimmannus grauius denigrauerat, oppido inter alios commendauit, qui turbulentis temporibus Syndicatu fungeretur. Reimmannus vnico anno adparuit in academia; mathesin ignorat, quam ideo in Harenbergio pungit p. 500. philosophiam et genuinam demonstrationis formam primoribus labris degustauit, certe nunquam excoluit. Quum igitur ignoret imbecillitates iudicii sui, et in librorum titulis editionibusque et verbulis captandis totus sit; non est mirandum, quod caecutiat, quamprimum vltra crepidam sapere tentat. Quid de catalogo Reimmanni sentiant viri oculati et cordati, patet ex *Actis Erud. Germ.* P. 162. n. 3. p. 442. sqq. ex *Bibliotheca selecta theologica*, et in primis ex *Nouis Eruditorum actis* a. 1732. m. Aug. p. 377. sqq. Dolendum est de infirmitate memoriae senum propria, quacum Reimmannus conflictatur, tum in verbis ad populum faciendis, tum in Diodato Pontificiis transcribendo. Alibi p. 910. de Harenbergio notat, hunc a veritate prorsus aliena protulisse, vbi scripserit, Homerum sua carmina Phantasiae, feminae Aegyptiae, surripuisse. Ita iudicauit censor, ne videretur dixisse nihil. Nouum labantis memoriae indicium. Reimmannus in *idea systematis antiquitatis literariae Aegyptiorum* p. 113. ad feminas in Aegypto eruditas refert *phantasiam*, quas *Iliadem et Odyseam scripsisse dicatur*, cuius *serinia Homerus postea compilauerit*, vt refert *Naucrates apud Eustabium in praefat. Odyssaeae*. Quis igitur prior protulit ea, quae a veritate prorsus aliena sunt?
42. *Encrinos seu lilium lapideum Helmstadii* a. 1729. 4. Recensionem habes in *Nouis Eruditorum Actis* a. 1732. m. Febr. p. 73. sqq.
43. *Progr. de Articulis Suobacensibus fundamento Augustanae Confessionis* 1730. 4. Brunsvici.
44. *Progr. das Nordlicht als ein Spiegel der göttlichen Güte und Gerechtigkeit* 1731. 4. Brunsvici.
45. Epistola ad Theologorum Reformatorem coryphaeum Theodorum Hasaeum de velis et calceis ex pelle bestiae שררה. Ostenditur in ea, animal id esse שׂוֹא, alibi שׂוֹר. Italis ciacalo dictum, in Palaestina crebrum. Argumentum epistolae Vir, nuper defunctus, indicauit in *Sylloge Dissertationum et Observationum philologicarum*, Diff. 9. §. 23. p. 601. *Analyfin*, qua Christianus Democritus Wolfianae philosophiae insultauerat, suasu Ill. Wolfii diluit et refutauit Harenbergius. Scripti editionem postea supervacuam iudicauit Wolfius.
46. *Dissertatio de Quirino Kuhlmanno, Fanaticorum exemplari et speculo*, in Museo Bremensi Vol. II. Part. IV. p. 651-688. Latent nonnulli adhuc libelli, a Kuhlmanno editi, in bibliotheca viri plurimum reverendi Iusti Martini Glaseneri.

47. In Bibliotheca Lubecensi comparuerunt: *Disquisitio in originem ritus Iudaeorum, quo ramum frondentem כהלל in festo tabernaculorum gestare solent.* Vol. III. n. 6. p. 434. sqq.
48. *Meditatio schedaistica ad Rom. XII. 18-21.* Vol. VI. n. 2. p. 232. sqq. Prima approbat Ven. Ioannes Christophorus Wolfius in *Curis philologicis et Criticis* in IV prioribus Pauli Epistolas p. 108. sq. Postrema optime emendat p. 251. sq.
49. *Pausanias, Graecus scriptor, interpret sacri codicis P. I. insertus* Vol. VIII. n. 2. p. 598. sqq.
50. *Paulus ιδιώτης τῶ λόγῳ* 2 Cor. XI. 6. Vol. VIII. p. 612. sqq. Sententiam adlatam approbat idem Wolfius l. c. p. 661. sq.
51. *Vernünftige Gedanken über die Vampire.* Guelferbiti 1733. 8. *Gelehrte Leipziger Zeitung* a. 1733. p. 462.
52. In Thesauro philologico-theologico, qui nunc Amstelodami preli carceres mordet, comparent: *Dissertatio de Pythonissa Endorea.*
53. *Diss. de Gradibus Photosciaterici Achasiani.*
54. *Diss. de Paschate, propter quod Iudaei noluerunt domum Pilati ingredi,* ad Ioh. XIII. 28.
55. *Miraculum Pentecostale expositum et vindicatum ad Act. II. ac Idea iuris divini (n. 41.) recusa et emendatior.*
56. *Analecta, ad genealogiam Ducum Saxoniae usque ad Henricum Leonem, et Ducum Brunsvicensium, leguntur penitus in Nouis Actis eruditorum a. 1733. mensis Mart. art. VI. p. 116. sqq.*
57. *Ibidem proxime legentur, Diss. de Colore Argeman, et*
58. *Observatio de Parwa, ficto Iudaeorum Mago.*
59. *Dissertatio de Loco animarum separatarum ad canonem concilii Eliberitani, huic operi est inserta.*
60. *Opusculum de Origine et Progressu progeniei Ducum Brunsvicensium masculae, ex Marchionibus Hetruriae deducendae, legitur supra insertum.*
61. *Haec historia diplomatica ecclesiae Gandershemensis, In scriniis defuncti D. Theodori Hafaei adhuc latent, destinata quondam Bibliothecae Bremensi, et quidem nominatim,*
62. *Clavis apocalypseos Iohannis.*
63. *Expositio Parabolae de Operariis in Vinea.*
64. *Originatio vocis Schächer teutonica.*
65. *Expositio vocum בקיר, כשתון ועצור, עוב ועצור.*
66. *Expositio vocis Dudaim.*
67. *De numero conscribendorum librorum non finiendo ad Eccl. XII. 12.*
68. *De ianua, per quam Christus resurrexit, ad obscurum Hesychii locum.*
69. *Tres de humana Christi natura in terris testes ad Io. V. 6. 7. 8.*
70. *De rivis Arabiae occultis ad locum Iobi VI. 15. sqq.*
71. *De umbilico terrae Iudaicae.*
72. *De fine saeculi V. T. primordio N. T.*
73. *De genuino sensu verbi προοριζεν.*
74. *De sacrificio piaculari ultra Messianum non sperando a Iudaeis ad Ebr. VI. 4. 5. 6. X. 26-29.*
75. *De schola Libertinorum Iudaeorum.*
- In Thesauro antiquitatum Ebraicarum et Ikenii comparebunt**
76. *Disquisitio, cur Iudaei cor et cerebrum victimarum non immolauerint.*
77. *Geographia in Pentateuchum Mosis.*
78. *Syria sacra et idololatrica.*
79. *Cherubhim.*
- Penes autorem latent elaborata:**
80. *Opusculum de Sensu sacrarum litterarum mystico.*
81. *Doctrina de illuminatione theologica.*
82. *Veritas sacri codicis et creationis omnium rerum ex nihilo.*
83. *Principium moralitatis obiectivae aeternae.*
84. *Ratiocinatio, syllogismi expert, ad logomachias referenda vel intentis superuacuis adnumeranda.*
85. *Descriptio instrumenti geometrici, cuius ope ex unico loco mensurantur intervalla minus tunc.*
86. *Liber de stella, Magorum Duce.*

„Deo pro concessis viribus et veritatis agnitione sit gloria!“

APPEN-

ENCRI
IN AGE

PRAEFAT
editioni

Tandem alicuiusmodi A. I. eo enim te datum est. Necit munitus sum, ut f. Obstat enim nonnu priae inspectionis i citra quae moment tam arcu sunt conn borat Phisica illa n cum vel inelabora cidamus. Exemp nae speciebus et ea stella marina petre stat inter omnes. Encrini phaenome tiolo et radice omni derando facile inno des singulos figurat nui Noachicitestes; videre visus est qua causa petiolus encri funiculo vmbilicali. enim imitari constitu non possum, quin obt etex harum inter sese ciam. Hisce cancell falsis distinguere lube crinis stabiendam. notitiam adindolem s Nolui nunc eisdem i tinet lithophylacium dubito, quin aliis in tingere queant. Si h sensero, plura eiusder bo. Ita vale. Dabar